# NAVIGATIO SANCTI BRENDANI
# LA NAVEGACIÓN DE SAN BRENDANO

Traducción de Francisco Javier Gil Chica




# NAVIGATIO SANCTI BRENDANI
# LA NAVEGACIÓN DE SAN BRENDANO

Navigatio fabulosa sancti Brendani ad terram repromissionis
scripta est ab ignoto irlandico circa annum 900.
Sanctus Brendanus, abbas monasterii Conflertensis, obiit anno 577.

***

Traducción de Francisco Javier Gil Chica, basada en
la edición electrónica de Guy Vincent, traslación del
manuscrito conservado en la Biblioteca de d'Alençon.

Septiembre de 2007



# I

*Sanctuns Brendanus filius Finloca nepotis Alti de genere Eogeni stagnili regione Mumenensium ortus fuit. Erat vir magnae abstinentiae et in virtutibus clarus trium milium fere monachorum pater. Cum esset in suo certamine in loco qui dicitur saltus(1) virtutis Brendani contigit quidam patrum ad illum quadam vespera venisset nomine Barinthus nepos illius. Cumque interrogatus esset multis sermonibus a praedicto sancto patre cepit lacrimari et prostrare se in terram et diutius permanere in oratione. Sanctus Brendanus erexit illum de terra et osculatus est eum dicens: «Pater cur tristiciam habemus in adventu tuo? Nonne ad consolationem nostram venisti? Magis laeticiam tu debes fratribus preparare. Indica nobis verbum Dei et refice animas nostras de diversis miraculis quae vidisti in Oceano». Tunc Sanctus Barinthus expletis his sermonibus Brendani cepit narrare de quadam insula dicens: «Filiolus meus Mernocatus procurator pauperum Christi cumfugit a facie mea et voluit se esse solitarium. Invenitque insulam iuxta montem lapidis, nomen eius Insula Deliciosa. Post multum vero temporis nuntiatum est mihi quod plures monachos habuisset et Deus multa mirabilia (per illum) ostendisset.»*

San Brendanus nació en la región pantanosa de Munster, hijo de Finnlug Ua Alta, del linaje de Eoghan(1). Fue varón de gran abstinencia y muchas virtudes, patriarca de casi tres mil monjes. Estando una tarde ocupado en su cruzada espiritual en el lugar después llamado «bosque de la virtud de San Brendanus» se llegó a él uno de los padres, de nombre Barinthus, nieto suyo. Comoquiera que San Brendanus lo interrogase con gran interés, comenzó a llorar y cayó postrado en tierra, donde permaneció largo rato en oración. San Brendanus lo levantó y besándolo le dijo: «¿Por qué hemos de estar tristes en tu llegada? ¿Acaso no has venido para consolarnos? Has de traer más alegría a tus hermanos. Haznos saber la palabra de Dios y conforta nuestras almas con los milagros diversos que viste en el Océano». Dicho esto, San Barinthus comenzó a narrar de cierta isla diciendo: «Mi hijo Merconatus, administrador de los pobres de Cristo, quiso alejarse de mí y hacer vida solitaria. Llegó a una isla rocosa(2) de nombre "Isla Deliciosa". Me enteré después de mucho tiempo que tenía consigo a muchos monjes, y que Dios a través de él había mostrado muchas maravillas.»

«*Itaque perrexi visitare filiolum meum. Cumque appropinquassem (per) trium dierum (iter) in occursum mihi festinavit cum fratribus suis. Revelavit enim Dominus sibi adventum meum. Navigan (tibus nobis) in praedicta insula occurrerunt obviam sicut examen(2) apium ex diversis cellulis fratres.(Erat enim) habitacio eorum sparsa. Sed tamen unanimiter illorum conversatio in spe et fide et caritate (una) refectione(3) ad opus Dei semper fuit coadunata(4). Nihil aliud cibi monstratur nisi poma et nuces at (que) radices et cetera genera herborum. At post completorium(5) singuli in suis cellulis usque ad gallorum cantum seu pulsum campanae permanserunt. Me autem pernoctante insulamque totam perambulante meus filiolus duxit me ad litus maris contra occidentem ubi erat navicula et dixit mihi: "Pater ascende in navim et navigemus contra occidentalem plagam ad insulam quae dicitur terra repromissionis sanctorum quam daturus est Deus successoribus nostris in novissimo tempore". Ascendentibus nobis et navigantibus nebulae cooperuerunt nos undique in tantum ut vix potuissemus puppim aut proram naviculae aspicere. Transacto vero spacia quasi unius horae circumfulsit nos lux ingens et apparuit terra spaciosa et herbosa pomiferosaque valde. Cum stetisset navis ad terram ascendimus nos et cepimus ire et perambulare per XV ut putavimus dies insulam et non potuimus finem ipsius invenire.*»

«Así que fui a visitarlo. Viajé durante tres días y entonces salió a mi encuentro, apresuradamente, acompañado de muchos de sus hermanos. Dios le había revelado mi llegada. Mientras navegábamos hacia la isla, salieron de sus celdas a nuestro encuentro una muchedumbre de monjes, como enjambre de abejas. Vivían dispersos, pero en la misma esperanza, fe y caridad y celebraban juntos los oficios divinos. No nos mostraron ningún género de alimentos que no fuesen nueces, manzanas, raíces y diversas hierbas. Después de completas cada uno se retiró a su celda hasta el canto del gallo(3), o el tañido de la campana. Sin embargo, yo permanecí en vela y, acompañado por mi hijo, paseamos por la isla y me condujo a la playa, en el lado occidental, donde había una barca y me dijo: "Padre, sube conmigo a la barca y naveguemos hacia occidente, a la isla que se llama *tierra de promisión de los santos* que Dios dará a nuestros sucesores al final de los tiempos". Subimos y navegamos, y la niebla nos cubrió hasta el punto de que con dificultad podíamos distinguir la popa y la proa de la nave. Había transcurrido como una hora cuando nos envolvió una luz intensa, y se nos apareció una tierra espaciosa, herbosa y feraz. Dejando la nave, bajamos(4) a la isla y resolvimos recorrerla, cosa que hicimos por espacio de quince días, según nos pareció a nosotros, sin poder encontrar los confines.»

*«Nihil herbae vidimus nisi flores arborum sine fructu. Lapides enim ipsius preciosi genere sunt. Porro quintodecimo die invenimus fluvium vergentem(6) ab orientali parte ad occasum. (Cum consideremus) haec omnia dubium nobis erat quid agere debuissemus. Placuitque nobis(transire) flumen. Sed expectavimus Dei consilium. Cum haec exposuissemus intra nos subito apparuit quidam vir magno splendore coram nobis. Qui statim propriis nominibus nos (appelavit) atque salutavit dicens: "Euge(7) boni fratres. Dominus enim revelavit vobis istam terram (quam daturus est) suis sanctis. Est enim medietas insulae istius usque ad istud flumen. (Non licet vobis transire) ulterius. Revertimini igitur unde existis". Cum haec dixisset (statim illum interrogavi unde esset) aut quo nomine vocaretur, Qui ait: "Cur me interrogas (unde sim aut quomodo vocer?) Quare me non interrogas de ista insula? Sicut illam vides (modo ita ab inicio) mundi permansit. Indigesne aliquid cibi aut potus sive vestimenti? (unum annum enim) in hac insula fuisti et non indiguisti cibo aut potu. (Numquam) fuisti oppressus somno nec nox te operuit. Dies namque est semper sine ulla cecitate(8) (tenebrarum hic. Dominus noster Jhesus Christus) Lux ipsius est". Confestim(9) inchoavimus(10) iter et ille vir praedictus (nobiscum pervenit usque ad... caliginem) (ad insulam deliciosam.)»*

«No encontramos planta sin flores ni árbol sin frutos. Las piedras allí son preciosas. Después del décimo quinto día, llegamos a un río que se derramaba desde el oriente hacia el ocaso. Dudamos sobre qué debíamos hacer y finalmente decidimos atravesarlo. Sin embargo, aguardamos el consejo divino. Estábamos considerando entre nosotros estos extremos cuando apareció de súbito un varón de gran prestancia(5). Enseguida se dirigió a nosotros por nuestros propios nombres y nos saludó diciendo: "¡Bravo, buenos hermanos! Dios os ha revelado esta isla, que será dada a sus santos. Este río divide en dos partes la isla. No os está permitido atravesarlo. Volved al lugar de donde habéis venido". Habiendo dicho esto, enseguida le pregunté que de donde venía y cómo se llamaba, a lo que respondió: "¿Por qué me preguntas de donde sea o cómo me llame? ¿Por qué no me preguntas sobre esta isla? Tal y como la ves, permanece desde el principio del mundo. ¿Estás necesitado de alimento, bebida o vestido? Has estado aquí durante un año y no has necesitado ni comida ni bebida. Nunca sentiste sueño ni te cubrió la noche. Siempre es día claro y esta es la luz del mismo Jesucristo". Iniciamos la vuelta, acompañados de aquel hombre hasta la playa.»

«*At ubi fratres nos viderunt exultabant exultatione magna de ad(ventu nostro et plorabant) de absencia nostra multum temporis dicentes: "Cur patres dimisistis (vestras oves sine pastore) in ista silva errantes? Novimus abbatem nostrum frequenter a nobis discedere (in aliquam partem sed) nescimus in quam et ibidem commemorari(11) aliqando unum mensem aliquando duabus ebdomadibus (seu una ebdomada) vel plusminusve(12)." Cum haec audissem cepi illos confortare dicens eis: "Nolite fratres (putare aliquid nisi bonum. Vestra conversacio) procul dubio est ante portam Paradisi. Hic prope est insula quae vocatur (terra repromissionis sanctorum) ubi nec nox imminet nec dies finitur. Et illuc frequentatur noster abbas Mernocatus. (Angelus enim Domini custodit) illam. Nonne cognoscitis in odore vestimentorum nostrorum quod in Paradisio Dei Fuimus?" Tunc fratres responderunt dicentes: "Abba novimus quia fuistis in Paradiso Dei spatio maris sed ubi sit ille paradisus ignoravimus. Nam saepe fragancia(m) vestimentorum abbatis nostri XL dierum spatio inde revertenti(s) probavimus redolentem(13)." Illic vero mansi duas abdamadas cum filiolo meo sine cibo et potu. Ibi in tantum habuimus de satietate corporali ut ab aliis videbamur repleti musto(14). Post vero XL dies accepta benedictione fratrum et abbatis reversus sum cum sociis ut redirem ad cellam meam ad quam iterus ero cras.*»

«Cuando nos vieron nuestros hermanos se mostraron exultantes y lloraban por nuestra larga ausencia diciendo: "¿Por qué, padres, abandonásteis a vuestras ovejas sin pastor, errantes en este bosque? Ya sabemos que nuestro abad se aparta de nosotros con frecuencia, aunque ignoramos adónde, a veces un mes, a veces dos semanas, a veces una." Cuando oí esto, quise consolarlos diciendo: "No temáis, que sin duda estáis ante las puertas del paraíso. Cerca de aquí se encuentra una isla llamada *tierra de promisión de los santos*, donde ni se cierne la noche ni acaba el día. Y aquél es el lugar que frecuenta nuestro abad Merconatus. El ángel del señor la guarde. ¿No conocísteis en el olor de nuestras ropas que estuvimos en el Paraíso de Dios?" Entonces los hermanos respondieron: "Sabemos que nuestro abad estuvo en el Paraiso de Dios, en algún lugar en el océano, pero desconocemos donde pueda estar ese paraíso. En otras ocasiones hemos comprobado que las ropas del abad conservaban la fragancia cuarenta días después de su llegada." Allí permanecí durante dos semanas con mi hijo, sin comida ni bebida, pero a los ojos de los demás como si estuviésemos saciados de mosto. Después de cuarenta días, bendecido por el abad y los hermanos, volví con mis compañeros a la celda en que de nuevo me encontraré mañana.»

# II

*His auditis Sanctus Brendanus cum omni congregatione sua prostraverunt se ad terram glorificantes Deum et dicentes: «Iustus Dominus in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis qui revelavit servis suis tanta ac talia mirabilia et benedictus in donis suis qui hodie nos refecit cum tali gustu(1) spiritali.» His finitis sermonibus dixit sanctus Brendanus; «Eamus ad refectionem corporis et ad mandatum novum.» Transacta autem illa nocte accepta benedictione mane fratrum ad cellam suam sanctus Barinthus perrexit.*

(1)Habiendo escuchado este relato, San Brendanus con todos los miembros de la congregación que allí se encontraban se postraron en tierra, glorificando a Dios y diciendo: «Justo es el Señor en todos sus caminos y en todas sus obras, quien reveló a sus siervos tantas y tales maravillas, y bendito sea en los bienes con que hoy nos ha confortado el espíritu.» Y añadió: «Atendamos ahora a la refección corporal y al nuevo mandato.» Transcurrida aquella noche, San Barinthus se retiró a su celda, habiendo sido bendecido por los demás hermanos.

# III

*Igitur Sanctus Brendanus de omni congregatione sua electis bis septem fratribus conclusit se in uno oratorio cum illis et locutus est ad illos dicens: «Combellatores mei amantissimi consilium atque adiutorium a vobis praestolor(1) quia cor meum et omnes cogitationes meae conglutinatae sunt in una voluntate. Tantum si Dei voluntas est terram de qua locutus est pater Barinthus repromissionis sanctorum in corde meo proposui(2) querere. Quomodo vobis videtur aut quod consilium mihi vultis dare?» Agnita vero voluntate sancti patris quasi uno ore dicunt omnes: «Abba voluntas tua ipsa est et nostra. Nonne parentes nostros dimisimus? Nonne hereditatem nostram despeximus et corpora nostra tradidimus in manus tuas? Itaque parati sumus sive ad mortem sive ad vitam ire. Unam tantum queramus Dei voluntatem.» Definivit igitur Sanctus Brendanus et hi qui cum eo erant ieiunium(3) XL dierum semper par triduanas et postea proficisci. Transactis iam XL diebus et salutatis fratribus commendatisque omnibus praeposito(4) monasterii sui qui fuit postea eius successor (in eodem) loco profectus est contra occidentalem plagam cum quattuordecim fratribus ad insulam cuiusdam (sancti) patris nomine Ende ibique demoratus est tribus diebus et tribus noctibus.*

Así pues, de toda su congregación San Brendanus eligió a catorce hermanos y se retiró con ellos a un oratorio, y se dirigió a ellos en estos términos: «Compañeros mios amantísimos, espero de vosotros consejo y ayuda, porque mi corazón y todos mis pensamientos están puestos en un deseo(1). Si es la voluntad de Dios, es el propósito de mi corazón buscar la *tierra de repromisión de los santos* de la que nos habló San Barinthus. ¿Qué pensáis de ello y qué consejo podéis darme?» Habiendo escuchado la voluntad del santo padre, como uno sólo dijeron: «Tu voluntad es la nuestra. ¿Acaso no nos separamos de nuestras familias? ¿Acaso no nos desprendimos de nuestros bienes terrenos y pusimos en tus manos nuestros cuerpos? Estamos por tanto preparados para ir, ya sea a la vida, ya sea a la muerte. Nuestro deseo no es otro que la voluntad de Dios.» Determinó San Brendanus ayunar durante cuarenta días en intervalos de tres días y partir después. Transcurrido el ayuno, despidiéndose afectuosamente de sus hermanos y puesto al frente del monasterio a quien después sería su sucesor, partieron hacia occidente, hacia la isla de un cierto santo padre de nombre Ende y allí se demoraron durante tres días y tres noches.

# IV

*Post haec accepta benedictione sancti patris monachorumque omnium qui cum eo erant profectus est in ultimam partem regionis suae ubi demorabantur (parentes) eius. At tamen noluit illos videre sed in cuiusdam summitate montis extendentis se longe in (oceanum) in loco qui dicitur sedes Brendani fixit tentorium ubi erat (introitus) unius navis. Sanctus Brendanus (et qui) cum eo erant acceptis ferramentis fecerunt unam naviculam (levissimam costatam et columnatam) ex silva sicut mos est in illis partibus et cooperuerunt illam coriis bovinis (atque rubricatis in cortice) ruborino. Et linierunt(1) foras omnes iuncturas pellium ex butyro(2) (et miserunt duas alias) paraturas navis de aliis coriis intus in navim et dispendia XL dierum et butyrum ad pelles preparandas ad cooperimentum navis et cetera utensilia quae ad usum vitae humanae pertinent. Arborem quoque posuerunt in medio navis fixum et velum et cetera quae ad gubernationem navis pertinent. Sanctus autem Brendanus fratribus suis precepit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti intrare in navim. Cumque ille solus stetisset in litore et benedixisset portum ecce tres fratres supervenerant de suo monasterio post illum (Qui statim ceciderunt ante) pedes sancti patris dicentes:*

Después de esto, con la bendición del santo padre y de todos los monjes que con él estaban partió San Brendanus hacia los confines de su patria, donde vivía su familia. No quiso sin embargo verlos, sino que estableció un campamento en la cima de cierto monte, en el lugar llamado *la sede de San Brendanus*, cerca de una estrecha ensenada. Tomaron entonces las herramientas y construyeron una pequeña embarcación usando la madera del bosque cercano, como era costumbre en aquellos lugares, y la recubrieron con pieles de bovino curtidas. Calafatearon las pieles con manteca y embarcaron pieles de repuesto, aparejos, provisiones para cuarenta días, grasa y demás utensilios necesarios. Plantaron el mástil y fijaron las velas y los aparejos precisos para el gobierno de la nave. Exhortó entonces San Brendanus a sus hermanos para que ascendiesen a la nave, en el nombre del Padre, del Hijo y del Espíritu Santo y quedó él en la playa, bendiciendo aquel lugar. Llegaron entonces tres hermanos de su monasterio, que enseguida se postraron a sus piés diciendo:

*«Pater dimitte nos ire tecum quo iturus es; (alioquin moriemur) in isto loco fame et siti. Decrevimus enim peregrinari omnibus diebus vitae nostrae.» Cumque vir Dei vidisset illorum angustiam precepit illos intrare in navim dicens: «Fiat voluntas vestra filioli.» Et addidit: «Scio quomodo vos venistis. Iste frater bonum opus operatus est. Nam Deus preparavit sibi altissimum locum.» Ascendit vero Sanctus Brendanus in navim extensisque velis ceperunt navigare contra solsticium esticunum(3) valde. Habebant autem prosperum ventum. Nihil opus fuit eis navigare nisi tenere vela.*

«Padre, permite que vayamos contigo, donde quiera que sea; si no, moriremos aquí de hambre y sed. Hemos determinado peregrinar todos los días de nuestra vida.» Viendo su angustia, el varón del Señor les indicó que subiesen a la nave diciendo. «Sea vuestra voluntad, hijos.» Y añadió: «Sé el designio por que habéis venido. Este -refiriéndose a uno de ellos- ha obrado bien, y Dios le ha reservado un alto lugar.» Subió San Brendanus a la nave, extendieron las velas y comenzaron la navegación, hacia el solsticio. El viento era propicio y de nada tenían que preocuparse sino de sujetar la vela.

# V

*Post quindecim vero dies cessavit ventus et ceperunt navigare usque vires eorum defecerunt. Confestim sanctus Brendanus cepit illos confortare admonere dicens: «Fratres nolite formidare. Deus enim noster adiutor est et nautor et gubernator atque gubernat. Mittite intus omnes remiges et gubernamus. Tantum dimittite vela extensa et faciat Deus sicut vult de servis suis et de sua nave.» Reficiebant autem semper ad vesperam dum aliquandoventum habebant. Sed tamen ignorabant ex qua parte veniebat aut in quam partem ferebatur navis. Consummatis iam XL diebus et omnibus dispendiis quae ad victum(1) pertinebantur apparuit illis quaedam insula ex parte septentrionalis valde saxosa et alta. Cum autem appropinquassent ad litus illius viderunt ripam altissimam sicut murum et diversos rivulos descendentes de summitate insulae fluentes in mare. Tamen minime poterant invenire portum ubi stetisset navis. Fratres enim vexati erant valde fame et siti. Singuli vero acceperunt vascula ut aliquid de aqua potuissent sumere. Sanctus Brendanus cum haec vidisset dixit: «Sic nolite facere. Stultum est enim quod agitis. Adhuc Deus non vult nobis ostendere portum intrandi et vultis rapinam facere.»*

Después de quince días cesó el viento, y comenzaron a remar hasta que les faltaron las fuerzas. San Brendanus los confortó con estas palabras: «No temáis hermanos. Dios es nuestro sostén, nuestro piloto y nuestro patrón. Recoged los remos, extended la vela y haga Dios su voluntad con sus siervos y con su nave.» Descansaban siempre a la caída de la tarde, cuando a veces soplaba algo de viento, pero ignoraban de donde venían ni adonde el viento los llevaba. Así transcurrieron cuarenta días(1) y habían ya consumido todas sus provisiones cuando apareció hacia el norte cierta isla muy escarpada. Al acercarse a la orilla, apreciaron que ésta era como un muro altísimo por donde se precipitaban al mar diversos riachuelos que bajaban desde la parte más elevada de la isla. No pudieron encontrar parte alguna a la que acercarse para desembarcar. Los hermanos sufrían de hambre y sed, y cada uno tomó un vaso con el que recoger algo de agua. Viendo esto, dijo San Brendanus: «No hagáis esa necedad. Dios todavía no ha querido enseñarnos puerto y vosotros queréis aprovisionaros sin su permiso.»

«*Dominus Ihesus Christus post tres dies ostendet portum et locum manendi et reficientur corpora vexatorum.*»

«El Señor Jesucristo, después de tres días, nos mostrará puerto y un lugar para estar y donde recuperar nuestros cuerpos de estos trabajos.»

# VI

*Cum autem circuissent per tres dies illam insulam tertia die circa horam nonam invenerunt portum ubi erat aditus(1) unius navis. (Et) statim surrexit sanctus Brendanus et benedixit introitum. Erat autem (petra) incisa ex utraque parte mirae altitudinis sicut murus. Cum vero omnes ascendissent de navi et stetissent(2) foras ad terram precepit sanctus Brendanus (et) nihil de suppellectile tulissent de navi foras. Porro ambulantibus (per) ripas maris occurit illis canis per quandam semitam(3) et venit ad pedes sancti Brendani sicut solent canes venire ad pedes dominorum suorum. Tunc Sanctus Brendanus cum suis fratribus secuti sunt canem usque ad oppidum. Intrantibus autem in (oppidum) viderunt aulam magnam ac stratam(4) lectulis et sedibus aquamque (ad) pedes lavandos. Cum autem resedissent precepit sanctus Brendanus suis (sociis) dicens: «Cavete fratres ne Sathanas perducat vos in temptationem. Video illum suadentem unum ex tribus fratribus qui post nos venerunt (de) nostro monasterio de furto pessimo. Propterea orate pro anima (eius). Nam caro eius tradita est in potestatem Sathane.» Illa domus in qua residebant erat quasi inserta per parietes in circuitu de appendentibus(5) (vasculis diversi) generis metalli frenis et cornibus circumdatis argento.*

Por tres días navegaron alrededor de aquella isla, y cerca de la hora nona del tercer día avistaron un estrecho puerto, suficiente para una nave. San Brendanus enseguida se levantó, bendiciendo aquella entrada. Estaba tallada en la piedra, de gran altura por ambos lados, como un muro. Como enseguida todos descendiesen de la nave, San Brendanus les advirtió que no tomaran nada de lo que llevaban a bordo. Después, deambulando por la orilla, llegó hasta ellos un perro y se echó a los piés de San Brendanus, como suelen los perros ir a los piés de sus dueños. Siguieron entonces todos al perro, que los condujo hasta un recinto amurallado. Hallaron una amplia entrada empedrada y allí dispuestos asientos y lechos, y agua para lavar los piés. Tomaron asiento, y San Brendanus les advirtió con estas palabras: «Cuidad hermanos de que Satanás no os haga caer en la tentación. Lo veo engañando a uno de los tres hermanos que vinieron tras nosotros para que cometa un robo. Orad por su alma, pues su carne calló ya en manos de Satanás.» De las paredes de aquella estancia colgaban vasijas de metales diversos, bridas y cuernos de plata.

*(Tunc sanctus) Brendanus dixit ministro suo qui solebat panem apponere fratribus: «Fer prandium quod nobis Deus misit.» Qui statim surrexit invenitque mensam positam et linteamina(6) et panes singulos miri candoris et pisces. Cum allata fuissent omnia benedixit sanctus Brendanus prandium et dixit fratribus: «Qui dat escam omni carni confitemini(7) Deo caeli.» Residebant igitur fratres et magnificabant Dominum. Similiter inveniebant et de potu quantum volebant. Finita iam cena et opere Dei perfinito dixit predictus vir: «Requiescite; ecce singula lectura et bene strata. Opus est vobis ut repausetis membra vestra ex labore nimio fatigat(a).» Cum autem obdormissent fratres vidit sanctus Brendanus opus diaboli scilicet infantem aethiopem habentem frenum in manu et iocantem ante fratrem predictum. Statim sanctus Brendanus surrexit et cepit orare pernoctans usque ad diem. Iam vero mane facto cum fratres ad opus Dei festinassent post peracta misteria divina dum ut egissent ad navim ecce apparuit mensa parata sicut et pridie. Ita et per tres dies et tres noctes preparavit Deus prandium servis suis.*

San Brendanus se dirigió a su asistente, el que solía servir el pan a los hermanos, diciéndole: «Sirve los alimentos que Dios nos envía.» Enseguida estuvo la mesa dispuesta, con sus manteles de lino, pan de admirable blancura para cada uno y pescado. San Brendanus bendijo la mesa y dijo a los hermanos: «Alabemos al Dios del cielo, que provee de alimentos a todas sus criaturas.» Allí estaban los hermanos, y alababan al Señor. Y de la misma forma que alimentos, encontraban toda la bebida que necesitaban. Cuando acabó la cena, y después del oficio divino, dijo San Brendanus: «Descansad; cada uno en uno de estos lechos tan bien dispuestos. Conviene reposar los miembros, tan fatigados de los últimos trabajos.» Dormían los hermanos, pero San Brendanus velaba, y pudo ver como obraba el diablo por medio de un mancebo etíope que bromeaba con una brida en la mano frente al monje antes citado. San Brendanus se levantó y pasó la noche orando, hasta la llegada del día. A la mañana siguiente, los hermanos se apresuraron a completar los oficios divinos, y ya se aprestaban para embarcar de nuevo cuando apareció dispuesta la mesa, como en la víspera. Y así durante tres días y tres noches preparó Dios la mesa para sus siervos.

# VII

*Post haec Sanctus Brendanus cum suis sociis iter agere et fratribus dicere «Videte ne aliquis ex vobis aliquid ex substancia istius insulae tollat secum.» At illi omnes responderunt: «Absit pater ut aliquid furti violet nostrum iter.» Tunc Sanctus Brendanus dixit: «Ecce frater noster quem predixi vobis heri habet frenum argenteum in sinu suo quem hac nocte tradidit sibi diabolus.» Cum haec dixisset predictus frater iactavit illum frenum de sinu suo et cecidit ante pedes viri Dei dicens: «Peccavi pater ignosce et ora pro anima mea ne pereat.» Confestim omnes simul prosternebant se ad terram deprecantes Dominum pro anima fratris. Elevantes autem se a terra elevatoque fratre a predicto sancto patre ecce viderunt aethiopem parvulum salire de sino suo et ululantem voce magna ac dicentem: «Cur me vir Dei iactas de mea habitatione in qua habitavi septem annos et facis me alienari ab hereditate mea?» Sanctus Brendanus ad hanc vocem dixit: «Precipio tibi in nomine Domini nostri Ihesu Christi ut nullum hominem laudas usque ad diem judicii.» Iterum conversus vir Dei ad predictum fratrem ait:*

Después de esto San Brendanus y sus acompañantes reanudaron el viaje, siendo advertidos con estas palabras: «Mirad no sea que alguno de vosotros lleve consigo nada de esta isla.» Respondieron todos: «Que ningún hurto deshonre nuestro camino.» Entonces dijo San Brendanus: «He aquí que vuestro hermano, sobre el que os advertí ayer, guarda entre sus ropas una brida de plata, que esta noche le llevó el diablo.» Diciendo esto, el hermano al que se refería San Brendanus arrojó la brida y cayó ante los piés del varón de Dios diciendo: «Pequé padre, perdóname y ora por mi alma, que no perezca.» Enseguida, todos se posternaron, rogando por el alma del hermano. Después se levantaron y asímismo San Brendanus levantó del suelo al pecador y he aquí que vieron al mancebo etíope que salía ululando de entre sus ropas y con grandes voces decía: «¿Por qué varón de Dios me arrojas de la morada donde habité por siete años y me alejas de ella?» A lo cual respondió San Brendanus: «Te advierto en el nombre de nuestro Señor Jesucristo que no tientes a ningún hombre hasta el día del juicio.» Después, vuelto hacia el hermano antedicho:

«*Sume corpus et sanguinem Domini quia anima tua modo egredietur de corpore. Hic enim habebis locum sepulturae tuae, Et frater tuus qui venit tecum de monasterio nostro in inferno habet locum sepulturae.*» *Itaque accepta eucharistia anima fratris egressa est de corpore suscepta ab angelis lucis videntibus fratribus. Corpus autem eius conditum est in eodem loco a predicto sancto patre.*

«Toma el cuerpo y la sangre del Señor porque pronto tu alma abandonará su cuerpo. Aquí tendrás tu sepultura, como el hermano que vino contigo de nuestro monasterio la tendrá en el infierno.» Así, tomada la eucaristía, abandonó el alma el cuerpo del hermano, sostenida por ángeles de luz a la vista de todos los demás. Su cuerpo fue sepultado en aquel lugar.

# VIII

*Igitur fratres cum Brendano venerunt ad litus eiusdem insulae ubi erat illorum navis. Ascendentibus autem illis navim occurrit illis juvenis portans cophinum plenum panibus et amphoram aquae. Qui dixit illis: «Sumite benedictionem de manu fratris vestri. Restat enim longum iter usque dum inveniatis consolationem. Tamen non deficiet vobis panis neque aqua ab isto die usque in Pascha.» Accepta autem benedictione ceperunt navigare in oceanum semper per biduanas reficientes. Itaque per diversa loca oceani ferebatur navis.*

Así pues, volvieron a la playa donde estaba su embarcación. Mientras se embarcaban de nuevo llegó corriendo hacia ellos un joven llevando una canasta llena de panes y un ánfora con agua, que les dijo: «Tomad la bendición de manos de vuestro hermano. Queda un largo viaje hasta que encontréis alivio. Sin embargo, no os faltará ni pan ni agua desde este día hasta la Pascua.» Aceptaron la bendición y reiniciaron el viaje por el océano, siempre reponiendo fuerzas cada dos días. Así era llevada la nave por distintas partes del océano.

# IX

*Quadam die viderunt insulam non longe ab illis. Cumque cepissent navigare ad illam subvenit illis prosper ventus in adiutorium ut non laborassent plus quam vires poterant sustinere. Cum vero navis stetisset in portum precepit vir Dei omnes exire foras. Ipse autem egressus est post illos. Cumque cepissent circuire illam insulam viderunt aquas largissimas manare ex diversis fontibus plenas piscibus. Dixitque Sanctus Brendanus fratribus suis: «Faciamus hic opus divinum. Sacrificemus Deo immaculatam hostiam quia hodie est Cena Domini.» Et ibi manserunt usque in sabbatum sanctum Paschae. Perambulantes autem illam insulam invenerunt diverses turmas ovium unius coloris id est albi ita ut non possent ultra videre terram prae multitudine ovium. Convocatisque fratribus suis Sanctus Brendanus dixit illis: «Accipite quae necessaria ad diem festum de grege.» Fratres vero secundum mandatum viri Dei festinabant ad gregem. Qui statim acceperunt de grege unam ovem. Et cum illam alligassent per cornua sequebatur illa quasi domestica illum qui tenebat ligaturam in manu sua usque ad locum ubi stetit vir Dei. Iterum ait vir Dei uni ex fratribus: «Accipite agnum immaculatum de grege.»*

Cierto día, avistaron una isla no lejos de donde se encontraban. Comenzaron a remar hacia ella y entonces sobrevino un viento favorable en su ayuda, de forma que no tuviesen que esforzarse más de lo que sus fuerzas les permitían. Al llegar a tierra, el varón de Dios les indicó que saliesen del barco. Él mismo les siguió fuera. Al recorrer la isla encontraron aguas abundantes que manaban de fuentes diversas, llenas de peces. Dijo San Brendanus a sus hermanos: «Hagamos aquí el oficio divino. Sacrifiquemos a Dios una hostia inmaculada porque hoy es la cena del Señor.» Y allí permanecieron hasta el sábado santo de Pascua. Deambulando por la isla encontraron rebaños de ovejas blancas que con su multitud cubrían toda la tierra visible. San Brendanus convocó a sus hermanos, diciéndoles: «Tomad del rebaño cuanto sea necesario para celebrar la fiesta.» Y según este mandato, se apresuraron los hermanos hacia el rebaño, de donde enseguida tomaron una oveja. Y como la atasen, ella seguía como si fuese doméstica a aquel que llevaba la cuerda de la mano hasta el mismo lugar en que se encontraba el varón de Dios. De nuevo, dirigiéndose a uno de los hermanos: «Tomad del rebaño un cordero inmaculado.»

*Qui festinavit et fecit sicut sibi iniunctum fuerat. Cum illi parassent omnia ad opus crastinae diei ecce apparuit illis vir habens in manu sportam plenam panibus subcinericiis et cetera quae necessaria erant. Cum haec posuisset ante virum Dei cecidit pronus super faciem suam tribus vicibus ad pedes sanctis patris dicens: «Unde mihi merito margarita Dei ut pascharis in istis sanctis diebus de labore manuum mearum?» Sanctus Brendanus elevato eo de terra et dato osculo dixit: «Fili Dominus noster Ihesus Christus proponit nobis locum ubi celebrare possimus sanctam suam resurrectionem.» Cui ait predictus vir: «Pater hic celebrabitis istud sabbatum sanctum. Vigilias vero et missas cras in illa insula quam vos videtis proposuit Deus celebrare suae resurrectionis.» Dum haec dixisset cepit obsequium famulorum Dei et omnia quae necessaria erant in crastinum(1) preparare. Finitis omnibus et illatis in navim dixit ad Sanctum Brendanum: «Vestra navicula non potest amplius portare. Ego vobis transmittam quae vobis necessaria sunt de cibo et de potu usque in pentecostem.» Sanctus Brendanus dixit: «Unde tu nosti ubi erimus post octo dies?» Cui ait: «Hac nocte eritis in illa insula quam vos videtis prope et cras usque in sextam. Postea navigabitis ad aliam insulam quae est non longe ab ista insula contra occidentalem plagam quae vocatur paradysus avium. Ibique manebitis usque in octavas Pentecostes.»*

Enseguida se hizo así. Cuando tenían todo preparado para la fiesta del día siguiente, he aquí que apareció un hombre ante ellos, llevando en la mano un cesto lleno de panes y algunas cosas más necesarias. Puso todo esto ante el varón de Dios y cayó inclinando por tres veces el rostro al suelo a los piés del santo padre diciendo: «¿Mereceré oh perla de Dios que te alimentes en estos días santos del trabajo de mis manos?» San Brendanus, levantándolo del suelo y besándolo dijo: «Hijo, nuestro señor Jesucristo nos ha indicado este lugar para que celebremos su resurrección.» Y respondió aquel hombre: «Padre, aquí celebraréis este sábado santo. Pero las vigilias y las misas por su resurrección las celebraréis mañana en aquella isla que véis.» Y diciendo esto tomó los obsequios de los siervos del señor y todo lo que era preciso para la celebración del día siguiente y lo llevó a la nave. Después, dijo a San Brendanus: «Vuestra nave es pequeña, y no puede transportar más cosas. Yo os enviaré todo lo que necesitéis de comida y bebida hasta Pentecostés.» San Brendanus dijo: «¿Cómo sabes donde estaremos dentro de ocho días?» Y respondió aquel hombre: «Esta noche estaréis en aquella isla que véis cerca de aquí, y allí os quedaréis hasta mañana a la hora sexta. Después, navegaréis a otra isla, no lejos hacia occidente que se llama *Paraiso de los pájaros*. Y allí permaneceréis hasta octavas de Pentecostés.»

*Interrogabat quoque Sanctus Brendanus illum quomodo potuissent oves esse tam magnae sicut ibi visae sunt. Erant enim maiores quam boves. Cui ille dixit: «Nemo colligit lac de ovibus in hac insula nec hiemps distringit(2) illas sed in pascuis semper commorantur die noctuque. Ideoque maiores sunt hic quam in vestris regionibus.»*

Le preguntó también San Brendanus cómo podían las ovejas de aquella isla tener tamaño tan grande, ya que eran mayores que bueyes. Respondió el hombre: «Nadie las ordeña, ni las molesta el invierno, sino que siempre están en los pastos, día y noche. Por ese motivo, son mayores que las que se encuentran en vuestras regiones.»

# X

*Profectique sunt ad navim et ceperunt navigare data benedictione vicissim. Cum autem venissent ad aliam insulam, cepit illa navis stare antequam portum illius potuissent tenere. Sanctus Brendanus precepit fratribus exire de navi et ita fecerunt. Tenebantque navim ex utraque parte cum funibus usque dum ad portum venit. Erat autem illa insula petrosa sine ulla herba. Silva rara erat ibi et in litore illius nihil de arena fuit. Porro pernoctantibus in orationibus et in vigiliis fratribus foras (de) navi vir Dei sedebat intus.*

Se embarcaron de nuevo, y bendiciéndose mutuamente, se hicieron a la mar. Llegaron a otra isla y San Brendanus ordenó detener la nave antes de tomar puerto. Les indicó a los hermanos que bajasen de la nave y así lo hicieron. Tenían amarrada la nave de ambos extremos y tirando de ella, la acercaron a la orilla. Era una isla pedregosa, sin hierba. No había casi árboles en ella, ni arena en la playa. Pasaron los hermanos la noche en vela y oración fuera de la nave y el varón de Dios sentado dentro de ella.

# XI

*Sanctus vero Brendanus sciebat qualis erat illa insula sed tamen noluit illis indicare ne fuissent perterriti. Mane autem facto precepit sacerdotibus ut singuli missas cantasset et ita fecerunt. Cum ergo sanctus Brendanus et ipse cantasset missam in navim ceperunt fratres crudas carnes portera foras de navi ut condidissent sale et etiam pisces quos secum tulerunt de alia insula. Cum haec fecissent posuerunt cacabum(1) super ignem. Cum autem ministrassent lignis ignem et fervere cepisset cacabus cepit illa insula se movere sicut unda. Fratres vero ceperunt currere ad navim deprecantes patrocinium sancti patris. At ille singulos per manus trahebat intus. Relictisque omnibus quae portabant in illam insulam ceperunt navigare. Porro illa insula ferebatur in oceanum. Tunc poterant videre ignem ardentem super duo miliaria. Sanctus Brendanus narravit fratribus quod hoc esset dicens: «Fratres admiramini quod fecit haec insula?» Aiunt: «Admiramur valde nec non(2) et ingens pavor penetravit nos.» Qui dixit illis: «Filioli mei nolite expavescere. Deus enim revelavit mihi hac nocte per visionem sacramentum huius rei. Insula non est ubi fuimus sed piscis.»*

Bien sabía San Brendanus cual era aquella isla, pero no quiso decírselo a los hermanos, no fuesen a aterrorizarse. Cuando se hizo de día, ordenó a cada uno de los sacerdotes que cantase una misa, y así se hizo. Después que cantase misa el mismo San Brendanus, tomaron los hermanos algo de carne y pescado que traían de la otra isla. Pusieron una marmita sobre el fuego. Al añadir leña para avivarlo y cuando el agua dió en hervir comenzó la isla a moverse, como una ola. Corrieron en verdad los hermanos hacia el barco, invocando el auxilio del santo, quien tomándo a cada uno de la mano les ayudó a subir a bordo. Abandonaron todo cuanto habían bajado a la isla y retomaron la navegación mientras la isla se desplazaba por el océano. Desde dos millas de distancia pudieron ver aún arder el fuego que habían encendido sobre la isla. San Brendanus les explicó lo sucedido con estas palabras: «¿Os habéis admirado de lo que ha hecho la isla?» Dijeron: «Mucho nos admiramos y nos invadió gran pavor.» Continuó el santo: «Hijos míos, no temáis. Esta noche pasada Dios me reveló mediante una visión el misterio de esta isla. No es una isla donde estuvimos, sino un pez, el mayor»

«*Prior omnium natancium in oceano querit semper suam caudam ut simul iungat capiti et non potest pro longitudine quam habet nomine Iasconius.*»

«de los que viven en el océano, siempre tratando de juntar su cabeza con su cola, cosa que no puede conseguir dado su gran tamaño. Se llama "Iasconius".»

# XII

*Cum autem navigassent iuxta illam insulam per triduum antea et venissent ad summitatem illius contra occidentalem plagam viderunt aliam insulam prope sibi iunctam interveniente freto(1) magno herbosam et nemorososam(2) plenamque floribus et ceperunt querere portum per circuitum insulae. Porro navigantibus contra meridianam plagam eiusdem insulae invenerunt rivulum vergentem in mare ibique navim ad terram miserunt. Ascendentibus autem illis de navi precepit Sanctus Brendanus ut navim per funes contra alveum fluminis traxissent quantum plus potuissent. Erat autem illud flumen tam latum sicut et latitudo illius navis. Predictus vero pater sedebat in navi et ita fecerunt per spacium unius miliarii usque dum ad fontem venerant eiusdem fluminis. Dixit Sanctus Brendanus: «Ecce Dominus, noster Ihesus Christus nobis dedit locum ad manendum (usque)in suam sanctam resurrectionem.» Et addidit: «Si non habuissemus alia dispendia excepto isto fonte sufficeret credo nobis ad victum et ad potum ille.» Erat autem super illum arbor mirae latitudinis in girum non nimiae(3) altitudinis cooperta avibus candidissimis. In tantum cooperverunt illam ut folia et rami eius vix viderentur.*

Siguieron a la isla durante tres días, al término de los cuales avistaron hacia occidente otra isla cercana(1), separada por un brazo de mar. Era una isla herbosa, frondosa y llena de flores y comenzaron a buscar puerto navegando alrededor hasta que, yendo hacia el mediodía, avistaron un río que vertía en el mar y allí decidieron tomar tierra. San Brendanus les ordenó que bajaran de la nave y mediante cuerdas la arrastraran todo cuanto pudiesen contra corriente, ya que tenía anchura suficiente para acoger la embarcación. Sentado San Brendanus en la nave, los hermanos la arrastraron por espacio de una milla, hasta que llegaron a las mismas fuentes del río. Dijo San Brendanus: «He aquí que nuestro señor Jesucristo nos ha dado un lugar para que permanezcamos hasta su santa resurrección.» Y añadió: «Si no tuviésemos provisiones, creo que esta fuente sería suficiente para abastecernos de comida y bebida.» Se elevaba sobre la fuente un árbol de diámetro asombroso, aunque no demasiado alto, cubierto de aves blanquísimas, hasta tal punto que difícilmente podían verse las ramas y hojas.

*Ergo cum vidisset vir Dei cepit intra se cogitare et tractare quidnam esset aut quae causa fuisset quod tante multitudo avium potuisset esse in una collectione. Ad hoc in tantum sibi erat taedium ut effunderet lacrimas provolutis genibus atque deprecasset Deum dicens: «Deus cognitor incognitorum et revelator absconditorum omnium tu scis angustiam cordis mei. Deprecor tuam maiestatem ut mihi peccatori digneris per tuam magnam misericordiam revelare tuum secretum quod modo prae oculis meis est. Non dignitatis aut meriti presumo sed clementiae tuae.» Cum haec dixisset intra se atque resedisset ecce una ex illis avibus volabat de arbore et sonabant alae eius quasi tintinnabulum(4) contra navim ubi vir Dei sedebat. Quae sedit in summitate prorae et cepit extendere alas quasi signum laetitiae et placido vultu aspicere sanctum patrem. Statim agnovit vir Dei quia Deus recordatus esset deprecationem Cordis eius. Et ait ad avem: «Si nuntius Dei es narra mihi unde sunt aves istae aut pro qua re illarum est collectio hic?» Quae statim ait: «Nos sumus de illa magna ruina antiqui hostis. Namque mox ut simul creati sumus peccando illius omnino non contradiximus labente illo cum suis satellibus contigit et nostra ruina. Deus autem noster iustus et verax per suum magum iudicium misit nos in istum mundum ubi penas non sustinemus nisi quod presentiam Dei videre non possumus.»*

Cuando vió esto el santo varón comenzó a pensar qué podía ser aquello y por qué causa podía haberse reunido bandada tan numerosa de aves. Hasta tal extremo se agotó en estas consideraciones que, de rodillas, con lágrimas en los ojos, rogó a Dios con estas palabras: «Dios, conocedor de lo incógnito, revelador de todo lo oculto, sabes bien cual es la angustia de mi corazón. Te ruego que reveles a este pecador el secreto que tengo ante mis ojos. No por mi dignidad o méritos, sino por tu clemencia.» Dijo estas palabras en su interior y tomando de nuevo asiento he aquí que una de aquellas aves voló desde el árbol hasta el barco donde el santo varón se sentaba. Sus alas sonaban como campanillas. El ave se posó sobre la proa y, como señal de alegría, extendió las alas, mirando complaciente al santo padre. Reconoció éste enseguida que Dios había atendido a los ruegos de su corazón y le habló así al ave: «Si acaso eres mensajera de Dios, dime de donde son estas aves y por qué causa se encuentran aquí reunidas.» Enseguida respondió el ave: «Somos de la gran ruina del antiguo enemigo. Pues fuimos creados en pecado y no nos opusimos a aquel que, en su caída y la de los suyos nos arrastró a nosotros(2). Dios nuestro sin embargo, justo y verdadero, mediante justo y grande designio nos envió a este mundo, donde no sufrimos otras penas que el no poder estar en su presencia.»

«*Sicque misericorder alienavit nos a consortio aliorum qui fuerunt superbi. Pervagamur quoque per diverses partes aeris et firmamenti et terrarum sicut alii (s)piritus qui mittuntur. Sed in sanctis diebus atque dominicis accipimus corpora talia qualia tu nunc vides et commoramur hic laudamusque nostrum creatorem. Tu autem cum tuis fratribus habes unum annum in tuo itinere. Adhuc restant sex. Ubi hodie celebrasti pascha ibi omni anno celebrabis et postea invenies quae posuisti in corde tuo id est terra repromissionis sanctorum.*»

«De esta forma misericordiosa nos separó de otros que fueron soberbios. Vagamos pues al igual que otros espíritus por diversas partes del aire y del firmamento. Pero los domingos y días del Señor acquirimos los cuerpos que ves y nos reunimos aquí para alabar a nuestro creador. Llevas ya un año de viaje con tus hermanos, y aún te restan seis. Donde hoy celebraste la Pascua allí la celebrarás cada año hasta que finalmente encuentres aquello que anhelas en tu corazón, es decir, la tierra de repromisión de los santos.»

# XIII

*Cum haec dixisset levavit se de prora illa avis et cepit volare ad alias. Cum autem vespertina hora appropinquasset ceperunt omnes qui in arbore erant quasi una voce cantare percucientes latera sua atque dicentes: «Te decet hymnus Deus in Sion et tibi reddetur votum in Ierusalem.» Et semper reciprocabant(1) predictum versiculum quasi per spatium unius horae et videbatur viro Dei et illis qui cum eo erant illa modulatio et sonus alarum quasi canticum planctus(2) pro suavitate. Tunc sanctus Brendanus ait fratribus «Reficite corpora vestra quia hodie animae nostrae divina refectione satiatae sunt.» Finita iam cena ceperunt opus Dei peragere. His omnibus finitis vir Dei et qui cum eo erant dederunt corporibus quietem usque ad terciam vigiliam noctis. Evigilans vero Dei cepit suscitare fratres suos ad vigilias sanctae noctis incipiens illum versiculum: «Domine labia mea aperies.» Finita iam oratione viri Dei omnes aves alis et ore resonabant dicentes: «Laudate Dominum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius.» Similiter et ad vesperas per spatium horae semper cantabant. Cum aurora refulsisset ceperunt cantare:*

Habiendo dicho esto, el ave se elevó de la proa y voló para reunirse con las otras. Al llegar la caída de la tarde, todas las que se encontraban en el árbol comenzaron a cantar como una sola voz, golpeando las alas y diciendo: «¡Oh Dios, que habitas en Sión, a tí debemos alabarte, por tí hay que cumplir lo prometido!»(1) Repetían una y otra vez este versículo, y así por espacio de una hora, y aquella modulación y aleteo les parecían al santo varón y a quienes le acompañaban como un cántico de dulce queja. Al término, dijo San Brendanus a sus hermanos: «Reconfortad ahora vuestros cuerpos, porque hoy ya nuestras almas están saciadas con el alimento divino.» Después de la cena cumplieron con el oficio divino y una vez terminado el santo varón y sus hermanos descansaron hasta terceras(2), en que San Brendanus los despertó para la santa vigilia nocturna entonando el versículo que dice: «Señor, tú abrirás mis labios.» Cuando terminó sus oraciones el santo varón, resonaban todas las aves con sus voces y sus aleteos diciendo: «Alabad al Señor todos los ángeles, alabadlo todas las virtudes(3).» Al igual que lo hicieron al caer la tarde, cantaron por espacio de una hora, y cuando rompió la aurora decían:

*«Et sit splendor» et cetera equali modulatione et longitudine psallendi(3) sicut et in matutinis laudibus. Similiter ad tertiam horam istum versiculum: «Psallite Deo nostro psallite» et cetera. Ad sextam: «illumina Domine vultum tuum super nos et miserere nostri.» Ad nonam psallebant: «Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum.» Ita die et nocte aves reddebant Domino laudes. Igitur Sanctus Brendanus usque in octavum diem reficiebat fratres suos festivitate Paschali. Consummatis itaque diebus festis dixit: «Accipite de isto fonte stipendia quia usque modo non fuit nobis opus nisi aut manus aut pedes lavare.» His dictis ecce predictus vir cum quo antea fuerunt tribuum ante Pascha qui tribuit illis alimonia(4) paschalia venit ad illos cum sua navi plena victu et potu. Allatisque omnibus de navi coram sancto patre locutus est dicens: «Viri fratres hic habetis sufficienter usque ad diem sanctum Pentecostem et nolite bibere de hoc fonte. Fortis namque est bibendum . Dicam vobis naturam illius. Quisquis ex eo biberit irruet super eum sopor et non evigilat usque dum compleantur XXIIII horae. Dum emanat de fonte habet soporem aquas et naturam.» Acceptaque benedictione patris reversus est in locum suum. Sanctus autem Brendanus mansit in eodem loco usque in octavas Pentecostem. Nam illorum erat refocilatio avium cantus.*

«Sea el esplendor» y salmodiaban por el mismo espacio y con la misma entonación como en las alabanzas de la mañana. Y de la misma forma, a la hora tercia este versículo: «Alabad a nuestro Señor, alabadlo» y así sucesivamente. A la hora sexta: «Ilumina tu rostro Señor sobre nosotros, y apiádate de nosotros.» A la hora nona salmodiaban: «He aquí que es bueno y placentero que los hermanos vivan unidos.» Así, día y noche, las aves alababan al Señor y San Brendanus confortaba a sus hermanos a lo largo de los ocho días de la Pascua. Terminó la fiesta, y dijo San Brendanus: «Tomad provisiones de esta fuente, de la que hasta ahora lo único que hicimos fue lavarnos las manos o los piés.» Dicho esto, vieron llegar a aquel hombre que tres días antes les había suministrado alimentos para la Pascua. Traía su nave llena de comida y bebida, que trajo a los piés del santo padre, después de lo cual se dirigió a él en estos términos: «Varones hermanos, aquí tenéis suficiente hasta Pentecostés, pero no bebáis de esta fuente, que sus aguas no son adecuadas. Os explicaré por qué. Aquel que bebe de ellas cae en un profundo sopor, del que no despierta hasta pasadas veinticuatro horas.» Tomada la bendición, el hombre volvió al lugar de donde venía. San Brendanus permaneció en aquel lugar hasta octavas de Pentecostés, pues les regocijaba en extremo el canto de los pájaros.

*Dis vero pentecostem cum sanctus vir cum suis familis cantasset venit illorum procurator portans omnia quae ad opus diei festi necessaria erant. Cum autem simul discubuissent ad prandium locutus est illis idem vir Dei dicens: «Restat vobis magnum iter. Accipite de isto fonte vestra vascula plena et panes siccos quos potestis observare in alium annum. Ego quidem vobis tribuam quantum vestra navis potest portare.»*

El mismo día de Pentecostés, mientras cantaba el santo varón acompañado de su familia llegó hasta ellos un enviado con todo lo necesario para la celebración de la fiesta. Como se echase con ellos para comer, les dijo: «Aún os queda un largo camino. Llenad de esta fuente vuestros vasos y tantos panes secos como necesitéis para un año. Yo os proporcionaré todo lo que podáis cargar en vuestra nave.»

# XIV

*Cum autem hoc perfinitum esset accepta benedictione reversus est in locum suum. Sanctus vero Brendanus post octo dies fecit navim onerari de omnibus quae sibi tribuit predictus vir et de illo fonte omnia vascula impleri fecit. Ductis autem omnibus ad litus ecce predicta avis cito volatu venit et resedit super proram navis. Et vero vir Dei agnovit quod aliquid sibi voluisset indicare. Tunc humana voce ait predicta avis: «Nobiscum celabrabitis diem sanctum Paschae et istud tempus preteritum in futuro anno. Et ubi fuistis in isto anno in cena Domini ibi eritis (in anno) futuro in praesenti die. Similiter noctem dominicam paschae celebrabitis ubi prius celebrastis super dorsum Jasconii. Invenietis quoque insulam et post octo menses quae vocatur insula familiae Albei et ibi celebrabitis Nativitatem Domini.» Et cum haec narrasset reversa est in locum suum. Fratres vero ceperunt extendere vela et navigare in oceanum et aves cantabant quasi voce: «Exaudi nos Deus salutaris noster spes omnium finium terrae et in mari longe.» Igitur sanctus pater cum sua familia per equora oceani huc atque illuc agitabatur per tres menses et nihil poterant videre nisi caelum et mare. Reficienbantur autem semper per biduum aut triduum.*

Terminada la comida, aquel hombre tomó la bendición y volvió a su lugar de origen. Después de ocho días, San Brendanus hizo cargar la nave con todo aquello que el antedicho varón les había suministrado e hizo llenar todas las vasijas del agua de aquella fuente. Cuando se encontraban ya en la playa, el ave se acercó en rápido vuelo y se posó sobre la proa. Conoció el santo varón que algo quería indicarle. Entonces, con voz humana, dijo el ave: «El año que viene celebraréis con nosotros el día santo de Pascua, y los días anteriores que habéis estado aquí. Donde estuvísteis este año, estaréis el próximo, celebrando la cena del Señor. E igualmente la noche del domingo de Pascua la celebraréis donde lo hicísteis por primera vez, sobre el dorso de Jasconius. Encontraréis también después de ocho meses una isla llamada de la familia de Albes y allí celebraréis la natividad del Señor.» Dicho esto, volvió a su lugar. Los hermanos dieron la vela y se hicieron a la mar, y las aves cantaban al unísono: «Escúchanos Señor salvador, esperanza nuestra en los confines de la tierra y el ancho mar.» Durante tres meses fueron llevados de aquí allá sobre el océano, sin ver más que cielo y mar. Descansaban siempre cada dos o tres días.

# XV

*Quadam vero die apparuit illis insula non longe. Et cum appropinquassent ad litus, traxit illos ventus in parte. Qui ita per XL dies per insulae circuitum navigabant nec poterant portum invenire. Fratres vero qui in navi erant, ceperunt Dominum deprecare cum fletu et illis adiutorium prestaret. Vires enim illorum prae nimia lassitudine paene defecerant. Cum autem permansissent in crebris orationibus par triduum et in abstinentia, apparuit illis portus angustus, tantum unius receptionis et apparuerunt illis ibidem duo fontes, unus turbidus et alter clarus. Porro fratres festinabant cum vasculis ad hauriendam aquam. Intuens vir dei illos dixit: «Filioli, nolite peragere illicitam rem sine licentia seniorum qui in hac insula commorantur. Tribuent namque vobis has aquas spontanee quas modo vultis furtim bibere.»*

Cierto día apareció ante ellos, no muy lejos, una isla. Pero cuando se acercaban a la playa, el viento los alejaba y de esta forma navegaron alrededor de la isla durante cuarenta días, sin poder entrar a puerto. Los hermanos rogaban entre lágrimas al Señor que los socorriese, pues casi faltaban las fuerzas debido al extremo cansancio. Multiplicaron los rezos y ayunaron durante tres días y entonces encontraron un estrecho entrante, capaz sólo para una embarcación, y había allí dos fuentes, una clara y otra turbia. Enseguida se apresuraron los hermanos con sus vasos a llenar agua, y viéndolos el varón de Dios les dijo: «Hijos míos, no toméis nada ilícitamente, sin permiso de los mayores que viven en esta isla. Ellos os ofrecerán de buen grado las aguas que ahora queréis tomar furtivamente.»

# XVI

Igitur descendentibus illis de navi et considerantibus qua parte ituri essent, occurit eis senex nimiae gravitatis capillis niveo candore et facie clarus qui tribus vicibus se ad terram prostravit antequam oscularetur virum dei. At vero Sanctus Brendanus et qui cum eo erant elevaverunt eum de terra. Osculantibus autem se invicem, tenuit manum sancti patris idem senex et ibat cum illo iter unius stadii usque ad monasterium.

Y así, habiendo bajado de la nave y considerando hacia donde se dirigirían, llegó hasta ellos un anciano de pelo blanco, expresión grave y rostro esclarecido que por tres veces se postró en tierra antes de besar al varón de Dios. San Brendanus y sus hermanos lo ayudaron a levantarse. Después de que se besaran mutuamente, el anciano tomó la mano del santo padre y lo condujo breve trecho(1) hasta llegar al monasterio.

# XVII

*Tunc Sanctus Brendanus cum fratribus suis stetit ante portam(1) monasterii et dixit seni: «Cuius est istud monasterium aut (quis) praeest illi vel unde sunt qui commorantur ibi?» Itaque sanctus pater diversis sermonibus interrogabat et numquam poterat ab illo unum responsum suscipere, sed tantum incredibili mansuetudine insinuabat. Statim ut agnovit sanctus pater illius loci decretum, fratres suos admonebat dicens: «Custodite ora a locutionibus ne polluantur isti fratres per nostram scurrilitatem.» His interdictis verbis ecce XI fratres occurerant obviam cum capsis et crucibus et hymnis, dicentes istud capitulum: «Surgite sancti de mansionibus vestris et proficiscimini obviam cum capsis veritati. Locum sanctificate, plebem benedicite, et nos famulos vestros in pace custodire dignemini.» Finito iam praedicto versiculo, pater monasterii osculatus est Sanctum Brendanum et suos socios per ordinem. Similiter et sui famuli osculabantur familiam sancti viri. Data pace vicissim, duxerunt illos in monasterium, sicut mos est in occidentalibus partibus fratres ducere per orationes. Post haec abba monasterii cum monachis ceperunt lavare pedes hospitum et cantare istam aritiphonam «Mandatum novum do vobis.»*

Entonces San Brendanus y sus hermanos se detuvieron a las puertas del monasterio e interrogó al anciano: «¿De quién es este monasterio? ¿Quién lo dirige? ¿De dónde son los que en él viven?» Y así el santo padre de diversas formas le preguntaba, sin obtener respuesta del anciano, que sólo mostraba una increíble mansedumbre. Enseguida advirtió el santo padre el voto de silencio que se observaba en aquel lugar, y dijo a sus hermanos: «Cuidad de abrir vuestra boca, no contaminemos a estos padres con nuestras bufonadas.» Dijo esto y he aquí que les salieron al paso once hermanos con sus cajas(1), cruces e himnos, recitando así: «Levantaos santos de vuestras moradas y salid al camino. Santificad el lugar, bendecid al pueblo y dignaos guardar en paz a estos vuestros siervos.» Terminaron este versículo y el abad del monasterio besó a San Brendanus, y a sus hermanos por orden. De igual forma, sus sirvientes besaban a la familia del santo varón. Dada mutuamente la paz entre ellos, los condujeron al monasterio y como es costumbre hacia occidente invitaron a los hermanos a orar. Después de esto, el abad con sus monjes lavaron los piés a sus huéspedes y cantaron el «Mandato nuevo os doy.»

# XVIII

*His finitis cum magno silentio duxit illos ad refectorium et pulsato signo lavatisque manibus fecit omnes residere. Iterum pulsato secundo signo surrexit unus ex fratribus patris monasterii et cepit ministrare mensam panibus miri candoris et quibusdam radicibus incredibilis senoris. Sedebant autem mixti (fratres) cum hospitibus per ordinem. Et inter duos fratres semper panis integer ponebatur. Idem minister pulsato signo ministrabat potum fratribus. Abbas quoque hortabatur cum magna hilaritate fratribus dicens: «Ex hoc fonte quem hodie furtim bibere voluistis, ex eo modo facite caritatem cum iocundidate et timore Domini. Ex alio fonte turbido quem vidistis lavantur pedes fratrum cotidie, quia omni tempore calidus est. Panes vero quos modo videtis ubi preparantur ignotum nobis est aut quis portat ad nostrum cellarium. Sed tamen notum est nobis quod ex Dei magna elemosina ministrantur servis suis par aliquam creaturam subiectam. Nos sumus hie XXIIII fratres. Omnie die habemus XII panes. In festivitatibus et in dominicis diebus integros panes singulis fratribus addidit Deus ut cenam habeant ex fragmentis.»*

Cuando hubo terminado, los condujo con gran silencio al refectorio y dando una señal, ya con las manos lavadas, hizo que todos se sentaran. A una nueva señal uno de los hermanos del abad del monasterio comenzó a servir la mesa con panes de maravillosa blancura y algunas raíces de delicioso sabor. Estaban los hermanos intercalados en la mesa con los invitados. Y entre cada dos hermanos había un pan. El mismo hermano que había servido la comida a una señal era también el que servía la bebida. Con gran alegría hablaba así el abad: «Fue gracioso ver como os absteníais hoy de beber furtivamente de la fuente y al mismo tiempo mostrásteis caridad y temor de Dios. La otra, la que está turbia, es donde los hermanos lavan sus piés cada día, ya que está cálida siempre. Los panes que estáis viendo no sabemos donde se preparan ni quién los trae. Pero es claro que son limosna de Dios, ofrecida a sus siervos a través de alguna criatura que cumple su voluntad. Somos aquí veinticuatro hermanos. Cada día tenemos doce panes, pero los domingos y fiestas tenemos un pan para cada uno, de forma que sobre para la cena.»

«*Modo in adventu vestro dupplicem annonam habemus et ita donavit nobis Christus a tempore sancti Patricii et sancti Albei, patris nostri usque modo post octoginta annos. Attamen senectus aut languor in membris nostris minime amplificatur. In hac insula nihil ad comedendum indigemus quod igni paratur. Neque frigus neque aestus superat nos unquam. Sed cum tempus missarum venit aut vigiliarum incenduntur luminaria in nostra ecclasia quae duximus nobiscum de terra nostra, divina praedestinatione, et ardent usque ad diem, et non imminuitur ullum ex illis luminaribus.*»

«Si hoy tenemos doble número de panes se debe a vuestra llegada. Esto ocurre así desde tiempos de los santos patriarcas San Patricio y San Albes, hace por lo menos ochenta años, a pesar de lo cual ni envejecemos ni pierden vitalidad nuestros miembros. Aquí no nos falta de nada que pueda prepararse al fuego, ni nos resultan molestos el verano o el invierno. Cuando llega la hora de la vigilia o de la misa, las luminarias que con ayuda de Dios trajimos con nosotros de nuestra tierra se encienden y arden sin consumirse hasta que llega el día.»

# XIX

*Postquam autem biberunt tribus vicibus, abbas solito more pulsavit signum et fratres unanimiter cum magno silentio et gravi labore levaverunt se a mensa, antecedentes patres ad ecclesiam. Gradiebantur vero post illos sanctus Brendanus et praedictus pater monasterii. Cum ergo entrassent in ecclesiam, ecce alii XII fratres obviam illis, flectentes genua cum alacritate. Sanctus vero Brendanus cum illos vidisset, dixit: «Abba, cur isti nobiscum non manducaverunt?» Cui ait: «Propter vos, quia non potuit nostra mensa nos omnes capere in unum. Modo reficientur et nihil illis deerit. Nos autem in ecclesiam et cantemus vesperas ut fratres nostri qui modo reficientur possint ad tempus cantare post nos.» Dum autem perfinissent debitum vespertinale, cepit Sanctus Brendanus considerare quomodo illa ecclesia erat aedificata. Erat enim quadrata quam longitudinis tam latitudinis et habebat septies tria luminaria tria vero ante altare quod erat in medio, et bina ante alia altaria. Erant autem altaria de cristallo quadrata facta et eorum vascula similiter ex cristallo, id est patenae et calices et urceoli(1) et cetera vasa quae pertinebant ad cultum divinum et sedilia XXIIII per circuitum ecclesiae.*

Después de que hubiesen bebido por tres veces, el abad, como era costumbre, dió una señal y los hermanos de forma disciplinada y respetuosa se levantaron de la mesa y siguieron a los padres a la iglesia. Caminaban tras ellos San Brendanus y el abad del monasterio. Al entrar en la iglesia se cruzaron a doce hermanos, quienes diligentemente se arrodillaron. Al verlos dijo San Brendanus: «Padre, ¿por qué éstos no han comido?» A lo que respondió el abad: «Por causa vuestra, ya que no cabemos todos en la misma mesa. Ahora comerán ellos, y nada les va a faltar. Cantemos nosotros ahora vísperas de forma que ellos, al terminar de comer puedan también cantar.» Mientras terminaban el oficio de vísperas, pudo San Brendanus considerar el modo en que aquella iglesia estaba edificada. Era de planta cuadrada, tan larga como ancha, y tenía siete luminarias de tres brazos, tres ante el altar principal, y dos delante de cada uno de los dos altares laterales. Los altares eran de cristal, así como los cálices, vasos, patenas, cantarillos y, en fin, todo lo necesario para el culto divino y veinticuatro asientos dispuestos en derredor.

*Locus vero erat ubi abbas sedebat inter duos choros. Incipiebat enim ab illo una turma et in illum finiebat et alia turma similiter. Nullus ex utraque parte erat ausus inchoare verbum nisi praedictus abbas. Non in monasterio ulla vox aut ullus strepitus. Nihil ibi quisque praesumebat. Si aliquod opus necesse fuisset alicui fratri, ibat ante abbatem et genuflectebat coram illo postulans in corde suo quae fieri necesse fuerat. Statim sanctus pater accepta tabula et grafio per revalationem Dei scribebat et dabat fratri qui ab illo consilium postulabat. Cum autem Sanctus Brendanus haec omnia intra se consideraret, dixit ei abbas: «Pater, iam tempus est ut revertamur ad refectorium, ut omnia fiant cum luce.» Et ita fecerunt ad hunc modum in cena sicut ad prandii refectionem fecerant. Finitis omnibus secundum ordinem cursus diei, omnes cum magna alacritate festinabant ad completorium. At vero abbas inchoabat predictum versiculum, id est «Deus in adiutorium meum intende» et dabant simul honorem Trinitati: «Iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu qui pius es pater parce nobis Domine. In pace in id ipsum dormiam et requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.» Post haec cantabant quod pertinet ad hanc horam. Iam consummato ordine psallendi, omnes egrediebantur foras fratres ad illorum singulas cellulas, accipientes secum hospites. Abbas vero cum Sancto Brendano residebat in ecclesia expectantes adventum luminis.*

El abad se sentaba entre dos coros de monjes, a ninguno de los cuales le estaba permitido hablar. Ni una voz, ni un estrépito se escuchaban en el monasterio. Cuando uno de los hermanos necesitaba de algo, se dirigía al abad, se arrodillaba e interrogaba en su corazón qué debía hacer. Entonces el abad tomaba una tablilla y un estilo y escribía por revelación divina la respuesta, que entregaba al postulante. San Brendanus reflexionaba sobre todas estas cosas y finalmente se dirigió al abad: «Padre, ya es tiempo de que volvamos al refectorio, para tener luz.» Y así hicieron en la cena, como antes en el almuerzo. Terminaron según la rutina diaria y se apresuraron todos alegremente para cumplir la última hora del oficio divino. El abad entonaba aquel versículo que dice: «Dios, acude en mi ayuda.» y honraban todos a la Trinidad diciendo: «Obramos injustamente y pecamos. Tú Señor que eres padre piadoso, intercede por nosotros. En tu misma paz dormiré y descansaré porque tú Señor me infundiste la esperanza.» Después de esto cantaron los salmos propios de la hora y al terminar cada uno se retiró a su celda, llevando también a los invitados. El abad sin embargo, acompañado de San Brendanus, esperaba en la iglesia la llegada de la luz.

*Interrogavit vero beatus Brendanus sanctum patrem de illorum silentio et de conversione, quomodo ita potuissent in humania carne. Tunc predictus pater cum immensa reverentia et humilitate respondit: «Abba coram christo meo fateor; octoginta anni sunt postquam venimus in hanc insulam. Nullam vocem audimus humanam excepto quando cantamus Deo laudes. Inter nos XXIIII vox non excitatur nisi per signum digiti aut oculo rem tantum a maioribus natu. Nullus ex nobis sustinuit infirmitatem carnis aut spirituum qui vagantur circa humanum genus postquam veninus in istum locum.» Sanctus Brendanus ait: «Licet nobis nunc hic esse annon?» Qui ait: «Non licet quia non est Dei voluntas. Cur me interrogas pater? Nonne revelavit tibi Deus quae te oportet facere antequam hunc venisses ad nos? Te enim oportet reverti ad locum tuum cum XIIII fratribus tuis. Ibi enim preparavit Deus locum sepulturae duo vero qui supersunt, unus peregrinabitur in insula anachoritarum. Porro alter morte turpissima condemnabitur apud inferos.» Cum haec inter se loquerentur ecce illis videntibus sagitta ignea dimissa per fenestram incendit omnes lampades quae erant positae ante altaria. Confestimque, reversa est foras predicta sagitta. Tamen lumen pretiosum remansit in lampadibus. Iterum interrogavit beatus Brendanus:*

San Brendanus interrogó al abad sobre el silencio que allí se observaba, y sobre cómo había sido posible aquella mutación de la carne mortal que habían experimentado. Entonces el abad, con enorme humildad y reverencia respondió: «Me confieso ante Cristo; hace ya ochenta años que llegamos a la isla. No escuchamos voz alguna, salvo cuando cantamos alabanzas al Señor. Entre nosotros no se levanta una voz, bastan señales con los dedos o la mirada y esto sólo entre los de mayor edad. Ninguno de nosotros ha sufrido la enfermedad o a los espíritus que vagan alrededor del género humano desde que llegamos a este lugar.» Dijo San Brendanus: «¿Nos está permitido quedarnos?» A lo que respondió el abad: «No os está permitido, porque no es la voluntad de Dios. ¿Por qué me preguntas? Acaso no te reveló Dios qué has de hacer antes de que llegases aquí? Deberás volver a tu lugar de origen con los catorce hermanos que te acompañan. Para los dos que quedan de aquellos tres que se unieron a vosotros preparó Dios ya sus sepulturas. Uno de ellos peregrinará a la isla de los anacoretas. Más adelante, el otro será condenado al infierno y tendrá muerte vergonzosa.» Apenas terminó de hablar cuando contemplaron una flecha ignea que penetraba por una ventana, encendía todas las lámparas que había ante los altares y volvía a salir. Quedaron las luminarias ardiendo con luz preciosa, y volvió a preguntar San Brendanus:

*«A quo extinguentur mane luminaria?» Cui ait sanctus pater: «Veni et vide sacramentum huius rei. Ecce tu vides candelas ardentes in medio vasculorum. Tamen nihil de eis exuritur ut minus sint aut decrescant neque remanebit mane ulla favilla quia spiritale lumen est.» Sanctus Brendanus ait: «Quomodo potest in corporali creatura lumen incorporale corporaliter ardere?» Respondit senex: «Nonne legisti rubum ardentem in monte Sinai? Et tamen remansit ipse rubus illesus ab igne.» Et vigilantibus totam noctem usque ad mane, Sanctus Brendanus petivit licentiam proficiscendi in suum iter. Cui ait senex: «Non pater. Tu debes nobiscum celebrare nativitatem Domini usque ad octabas Epiphaniae.» Mansit igitur sanctus pater cum sua familia per predictum tempus cum XXIIII patribus in insulam quae vocatur insula familiae Albei. Transactis autem festivitatibus, accepta annona et benedictione sanctorum virorum beatus Brendanus cum suis sequacibus tetendit vela in oceanum naviculae suae quantocius(2) et sive per navigium sive per vela ferebatur navis per diversa loca usque (in) initium Quadragesimae(3).*

«¿Y quién las apagará mañana?» El abad le respondió: «Ven, y contempla este hecho sagrado. Mira las candelas que arden en medio de sus recipientes. No hay nada que se queme ni se consuma, y mañana no quedará ni una pavesa, porque esta luz es luz espiritual.» Dijo San Brendanus: «¿Y cómo puede en criatura corporal arder con luz corpórea un ente incorpóreo?» Respondió el anciano: «¿Acaso no leíste cómo ardió la zarza en el monte Sinaí y no fue sin embargo dañada por el fuego?» Permanecieron en vigilia toda la noche y a la mañana pidió San Brendanus licencia para continuar su viaje. Dijo el abad: «No hermano, debes celebrar con nosotros el nacimiento del Señor, y quedarte hasta octavas de Epifanía.» Y así permaneció el santo padre con sus hermanos en la isla, acompañando a los veinticuatro monjes. Terminaron las festividades, se aprovisionaron y con la bendición de aquellos santos varones San Brendanus y los suyos tendieron vela y se hicieron a la mar sin más demora y así, a veces remando, a veces impulsados por el viento, recorrieron el océano hasta principios de Cuaresma.

# XX

*Quadam autem die viderunt insulam a regione non longe ab illis. Cum fratres illam vidissent ceperunt acriter navigare quia iam valde vexati erant fame et siti. Ante triduum enim deficit victus et potus. At vero cum sanctus pater benedixisset portum et omnes exissent de navi invenerunt fontem lucidissimum et herbas diversas ac radices in circuitu fontis diversaque genera piscium discurrentes per alveum in mare. Sanctus vero Brendanus fratribus suis ait: «Deus dedit nobis hic consolationem post laborem. Accipite pisces quantum sufficit ad nostram cenam atque assate eos igni. Colligite herbas et radices quas Dominus servis suis preparavit.» Et ita fecerunt. Cum autem effudissent aquam ad bibendum, dixit vir dei: «Fratres cavete ne supra modum utamini his aquis, ne gravius vexentur corpora vestra.» At vero fratres inequaliter diffinitionem viri dei considerabant et alii singulos calices bibebant, alii binos ceteri vero ternos in quos irruit sopor trium dierum et noctium, in alios quoque duorum dierum in reliquos vero unius diei et noctis. At sanctus pater sine intermissione deprecabatur Dominum pro fratribus suis quod per ignorantiam contigerit illis tale periculum. Transactis his tribus diebus dixit fratribus suis sanctus pater:*

Cierto día avistaron una isla no lejos de donde estaban. Al verla comenzaron a remar con vehemencia, porque ya sentían el castigo del hambre y la sed, pues hacía tres días que les faltaba la comida y la bebida. Alcanzaron la isla, San Brendanus bendijo el lugar y bajaron de la nave. Entonces encontraron una fuente clarísima; sus orillas estaban llenas de hierbas y raíces diversas y discurrían en su seno hasta el mar peces de varias especies. San Brendanus dijo a sus hermanos: «Dios nos dió este consuelo después del trabajo. Tomad los peces que sean suficientes para preparar la cena y asadlos al fuego. Tomad también de las hierbas y raíces que Dios ha preparado para sus siervos.» Y así se hizo. Tomaron agua para beber y advirtió el varón de Dios: «Cuidado no abuséis de este agua, no empeore vuestro estado.» Pero cada uno entendió de una forma la advertencia y así unos bebieron una copa, otros dos y otros tres copas, sobre los que cayó un sopor que a los últimos les duró tres días, dos días a los segundos y un día a los que sólo tomaron una copa. El santo padre rogaba a Dios sin descanso por sus hermanos, a quienes por ignorancia había acontecido aquel peligro. Transcurrieron los tres días y dijo el santo padre:

*«Fratres fugiamus istam mortem ne deterius(1) nobis contingat. Dominus enim dedit nobis pastum et vos fecistis inde detrimentum. Egredimini igitur foras de hac insula et accipite dispendia de istis piscibus atque preparate quantum necesse est per triduum usque in Cenam Domini. Similiter de aqua singulos calices fratribus per singulos dies et ex radicibus equaliter.» Onerantibus autem navim de omnibus quae vir Dei preceperat, tetenderunt vela et ceperunt navigare in oceanum contra septentrionalem plagam. Porro post tres dies et noctes, cessavit ventus et cepit mare esse quasi coagulatum prae nimia tranquillitate. Sanctus pater dixit: «Mittite remiges in navin, et laxate vela. Ubicumque vult Deus enim gubernare illam, faciat.» Ferebatur itaque navis per diversa loca oceani circiter per XX dies. Post haec igitur ventum Deus illis suscitavit prosperum ab occidente contra orientem. Tunc ceperunt simul tendere vela in altum et navigare. Reficiebant autem semper post triduum.*

«Hermanos, alejémonos de este lugar, no nos sucedan cosas peores. Nos dió el Señor alimento y vosotros abusasteis. Salgamos de aquí y tomad los peces necesarios y preparad lo que necesitamos para tres días, hasta la Cena del Señor. Tomad también para cada uno una copa de agua por cada día y de la misma forma de las raíces.» Cargaron pues en la nave todo lo que San Brendanus había determinado, tendieron vela y se hicieron de nuevo a la mar, en dirección al norte. Después de tres días y tres noches cesó el viento y el mar quedó como solidificado por su extrema quietud. Dijo el santo padre: «Recoged los remos y soltad la vela(1). Dios dirigirá la nave allá donde sea su voluntad.» Y así la nave fué impulsada durante casi veinte días. Después de esto, Dios movió el viento, que soplaba de occidente a oriente, y volvieron a navegar a vela. Descansaban siempre cada tres días.

# XXI

*Quadam vero die apparuit illis insula a longe quasi nubes dixitque Sanctus Brendanus: «Filioli cognoscitis vos illam insulam?» At illi dixerunt: «Minime.» At ille ait: «Ego autem cognosco. Ipsa est enim illa insula in qua fuimus altero anno in Cena Domini ubi noster bonus procurator commoratur.» Tunc fratres ceperunt navigare acriter prae gaudio, quantum vires eorum poterant sustinere. Cum haec vidisset vir Dei dixit: «Nolite pueri stulte fatigare membra vestra. Nonne Deus omnipotens est gubernator et nautor nostrae naviculae? Dimittite sibi quia ipse dirigit nostrum iter sicut vult.» Cum autem appropinquassent ad litus praedictae insulae occurit illis obviam in navicula idem procurator et duxit illos ad portum ubi preterito anno descenderunt de navi magnificans Deum et osculans pedes singulorum incipiens a sancto patre usque ad novissimum dicens : «Mirabilis Deus in sanctis suis», usque «benedictus Deus». Finito iam versiculo et omnibus ablatis de navi extendit tentorium et preparavit balneum. Erat enim cena Domini et induit omnes fratres novis vestimentis et fecit illorum obsequium per triduum.*

Otro día, apareció una isla en la lejanía, como una nube. Dijo San Brendanus: «Hermanos, ¿conocéis aquella isla?» Y respondienron: «En absoluto.» Dijo el santo: «Yo sí la conozco. Es la misma isla en donde estuvimos el año pasado para la Cena del Señor, donde mora nuestro buen procurador.» Entonces los hermanos comenzaron a remar con todas sus fuerza, por la alegría que esta noticia les produjo. Al verlos el varón de Dios les dijo: «No fatiguéis vuestros miembros inútilmente. ¿Acaso no es Dios omnipotente el patrón y piloto de esta nave? Abandonaos a Él, porque Él guía nuestra nave según su voluntad.» Al acercarse a la costa, les salió al encuentro en una pequeña embarcación el mismo procurador y los condujo al mismo puerto donde habían tomado tierra el año anterior. Alabando a Dios les besó los piés, desde el santo padre hasta el último de sus acompañantes, recitando aquel versículo que comienza con «Admirable es el Señor en sus santos» hasta donde dice «bendito sea Dios». Terminó de recitar el versículo y, habiendo ya bajado todos de la nave, montó la tienda y preparó el baño. Era la festividad de la Cena del Señor y vistió con nuevas ropas a los hermanos y los agasajó durante tres días.

*Fratres quoque Passionem Domini celebrantes cum magna diligentia usque in Sabbatum morabantur sanctum. Finitis ordinibus diei sabbati immolatisque victimis spiritalibus Deo atque cena consummata dixit idem procurator ad sanctum Brendanum et ad illos qui cum eo erant: «Proficiscimini et ascendite navim ut celebretis sanctam dominicam noctem resurrectionis ubi celebrastis altero anno et diem similiter usque in, sextam horam. Postea navigate ad insulam quae vocatur paradisus avium ubi fuistis praeterito anno a Pasca usque ad octabas pentecosten et asportate vobiscum omnia quae necessaria sunt de cibo et potu. Ego vero visitabo vos die dominica altera.» Et ita fecerunt. Oneravit autem ipse navim panibus et potu ac carnibus et ceteris deliciis quantum poterant capere. Sanctus Brendanus data benedictione ascendit in navim et ceperunt statim navigare ad aliam insulam. Cumque appropinquassent ad locum ubi ascendere debuissent de navi apparuit illis cacabus quem altero anno dimiserunt. Tunc Sanctus Brendanus ascendens de navi cum suis fratribus cepit cantare (h)ymnum trium puerorum usque in finem. Finito autem predicto (h)ymno vir dei admonebat suos fratres dicens: «O Filioli vigilate et orate ut non intretis in temptationem. Considerate quomodo Deus subiugat immanissimam bestiam subtus(1) nos sine ullo impedimento.» Fratres vero vigilabant sparsim per illam insulam ad vigilias matutinas.*

Con gran diligencia celebraron los hermanos la Pasión del Señor y permanecieron allí hasta el Sábado Santo. Cuando terminaron el oficio divino de ese día, acabada ya la cena, dijo el procurador a San Brendanus y a los que con él iban: «Partid y subir a vuestra nave para que celebréis la noche del Domingo de Resurrección en el mismo lugar y hasta la misma hora en el que celebrásteis el año pasado. Después navegad hasta el paraíso de las aves, donde estuvisteis desde Pascua hasta octavas de Pentecostés, y llevad con vosotros todo lo que necesitéis de comida y bebida. Yo os visitaré al siguiente domingo.» Y así lo hicieron. Él mismo cargó la nave de San Brendanus con panes y bebida y carne y otras delicias, tantas como cupieron. Le dió la bendición el santo varón, subieron todos a la nave y navegaron hacia la siguiente isla. Cuando se estaban acercando al lugar donde debían bajar de la nave encontraron la marmita que habían perdido el año anterior. Entonces San Brendanus, bajando de la nave con sus hermanos comenzó a cantar el «himno de los tres niños (1)», hasta su fín. Cuando terminó, advirtió con estas palabras a sus hermanos: «¡Oh hermanos! Estad atentos y orad, no caigáis en la tentación. Considerad la forma en que Dios sujeta bajo nosotros a la enorme bestia, sin esfuerzo alguno.» Los hermanos permanecieron en vela, dispersos por la isla, hasta la vigilia matutina.

*Postea omnes sacerdotes singulas missas Deo offerebant usque ad tertiam horam. Tunc Sanctus Brendanus immolavit agnum immaculatum Deo et dicabat fratribus: «In altero anno hic celebravi resurrexionem Domini. Similiter ita volo et hoc anno.» Ac inde profecti sunt ad insulam avium. Appropinquantibus autem ad portum destinatum ipsius insulae omnes aves cantabant quasi une voce dicentes: «Salus Deo nostro sedenti super thronum et agno.» Et iterum «Dominus Deus illuxit nobis. Constituite(2) diem solem in condensis(3) usque ad cornu altaris.» Tam vocibus quam alis resonabant diu quasi dimidium horae usque dum sanctus pater cum sua sancta familia et omnibus quae erant in navi egressus fuisset et resedisset in tentorio suo. Cumque ibi cum suis famulis celabrasset festa Paschalia praedictus iam procurator venit ad illos sicut praedixerat in die dominica in octabas Paschae portans secum omnia alimonia quae ad usum vitae humanae pertinent. Cum autem resedissent ad mensam ecce predicta avis resedit in prora naviculae extensis alis strepitum faciens sicut sonitum organi magni. Agnovit igitur sanctus quia volebat ei aliquid indicare. Ait namque eadem avis «Deus omnipotens et clemens praedestinavit vobis IIII loca per IIII tempora dum finiantur VII anni peregrinationis vestrae id est cenam Domini cum vestro procuratore qui praesens est omni anno.»*

Ofrecieron después misas hasta la hora tercera. Entonces San Brendanus inmoló a Dios un cordero inmaculado, y decía a sus hermanos. «El año pasado celebramos aquí la resurrección del Señor. Así quiero hacerlo este año.» Así lo hicieron, y partieron después hacia la isla de las aves. Según se aproximaban a puerto, cantaban al unísono: «Salvo sea nuestro Señor que se sienta en el trono, y salvo el Cordero.» Y también: «El Señor Dios nos ilumina. Acercaos en procesión a la esquina del altar.(2)» Resonaron las voces y las alas durante media hora, hasta que todos hubieron descendido de la nave y tomado asiento en la tienda. Celebraron allí la fiesta de Pascua y después llegó el antedicho procurador, como había anunciado, el domingo, octavas de Pascua, trayendo consigo todas las provisiones necesarias a la vida humana. Se sentaron a la mesa y he aquí que el ave volvió a posarse sobre la proa de la nave, extendidas las alas y haciendo estrépito como de gran instrumento musical. Conoció el santo que el ave quería indicarle algo, y en efecto dijo: «Dios omnipotente os ha predestinado para que habitéis en cuatro lugares distintos a lo largo del año, y así hasta que terminen los siete de vuestra peregrinación, con la Cena del Señor que celebraréis con este vuestro procurador, presente cada año.»

*«In dorso beluae Pascha celebrabitis; nobiscum festa paschalia usque in octabas Pentecosten. Apud familiam Albei nativitatem Domini celebrabitis. Post VII vero annos antecedentibus magnis ac diversis periclitationibus invenietis terram Repromissionis sanctorum quam quaeritis et ibi habitabitis XL diebus et postea reducet vos Deus ad terram nativitatis vestrae.» Sanctus pater ut audivit prostravit se ad terram coram fratribus suis referens gratias et laudes suo salvatori.*

«En la espalda de la bestia la Pascua; con nosotros los días de Pascua, hasta octavas de Pentecostés. Junto a la familia de Albes el nacimiento del Señor. Pasados los siete años, después de grandes y diversos peligros alcanzaréis la Tierra de Promisión de los Santos que buscáis, y habitaréis allí por espacio de cuarenta días al término de los cuales Dios os conducirá de nuevo a vuestra tierra.» El santo padre se postró a tierra en presencia de sus hermanos dando gracias y alabanzas a su salvador.

# XXII

*Cum haec perfinisset venerabilis senex avis reversa est in locum suum. Porro praedictus procurator finita refectione dixit: «Deo adiuvante revertar ad vos in die adventus sancti spiritus super apostolos cum dispendiis vestris.» Accepta benedictione sancti patris et omnium qui cum eo erant reversus est in locum suum. Porro venerabilis pater mansit ibidem praedictos dies. Consummatis itaque diebus festis Sanctus Brendanus fratribus suis praecepit preparare navigium et implere vascula de fonte. Ducta iam navis ad mare ecce praedictus socius cum navi onerata escis ad fratres venit. Cum haec posuisset in naviculam sancti viri osculatis omnibus reversus est unde venerat. Venerabilis autem pater cum suis sodalibus navigavit in oceanum et ferebatur per XL dies navis.*

Terminando estas alabanzas, el ave volvió a su sitio. Entonces el procurador, terminada la comida, dijo: «Con la ayuda de Dios volveré aquí en el día del advenimiento del Espíritu Santo a los apóstoles, con provisiones para vosotros.» Una vez recibidas las bendiciones de San Brendanus y de los que con él estaban, volvió a su lugar de origen, mientras los primeros permanecían en aquel lugar por el espacio establecido. Cuando terminaron los días festivos, San Brendanus instó a sus hermanos a que preparasen la navegación y repostasen agua. Estaban ya preparados para hacerse a la mar cuando llegó el procurador con su nave cargada de provisiones. Hecho el traslado de una a otra nave besó a cada uno de los hermanos y volvío tal como había llegado. El venerable padre con sus compañeros comenzó una nueva navegación y durante cuarenta días la nave fue impulsada sobre el océano.

# XXIII

*Quadam vero die apparuit illis bestia immensae magnitudinis post illos a longe quae iactabat de naribus spumas et sulcabat(1) undas velocissime cursu quasi ad illos devorandos. Cum hoc fratres vidissent ad Dominum clamabant dicentes: «Libera nos Domine ne nos devoret ista belua.» Sanctus vero Brendanus confortabat illos dicens: «Nolite expavescere minime fidei Deus qui est semper noster defensor ipse nos liberabit de ore istius bestiae et de ceteris periculis.» At vero cum appropinquasset illis antecedebant undae mirae altitudinis usque ad navim. Quare fratres magis ac magis timebant. Venerabilis quoque senex extensis manibus in caelum dixit: «Domine libera servos tuos sicut liberasti David de manu Goliae gigantis; Domine libera nos sicut liberasti Danielem de lacu(2) leonum; Domine libera nos sicut liberasti Jonam de ventre ceti magni.» His finitis tribus versibus ecce ingens belua ab occidente iuxta illos transibat obviam alterius bestiae. Quae statim inivit bellum contra illam ita ut ignem emisisset ex ore suo. At vero senex fratribus suis ait: «Videte filioli magnalia Redemptoris nostri. Videte obedientiam bestiarum creatori suo.»*

Cierto día, apareció a lo lejos tras ellos una bestia de enorme tamaño que arrojaba espuma por la nariz y surcaba velocísima las olas, tal como si fuese a devorarlos. Al ver esto, los hermanos clamaban al Señor: «Libéranos Señor, no nos devore esa bestia.» San Brendanus sin embargo los confortaba diciendo: «No temáis, que la misma fe de Dios, siempre defensor nuestro, nos liberará de la boca de esa bestia y de otros peligros.» Al aproximarse la bestia a la nave, la antecedía una ola de gran altura, lo que infundía cada vez más temor a los hermanos. El venerable anciano entonces, extendiendo los brazos al cielo dijo: «Señor, libera a tus siervos como liberaste a David de manos del gigante Goliat; Señor, libéranos como liberaste a Daniel de la cisterna de los leones; Señor, libéranos como liberaste a Jonás del viente de la gran ballena.» Al terminar estas palabras, vieron una segunda bestia que se acercaba desde occidente al encuentro de la primera. Arremetió contra ella enseguida, lanzando fuego por la boca. San Brendanus dijo a sus hermanos: «Ved hijos míos la grandeza de nuestro Redentor. Ved la obediencia de las bestias hacia su creador.»

*«Tantum modo expectate finem rei. Nihil enim ingerit(3) nobis haec pugna mali sed pro gloria Dei reputabitur.» His dictis misera belua quae persequebatur famulos Christi interfecta est in tres partes coram illis et altera post victoriam unde venerat redibat. Altera vero die viderunt insulam procul arbustam valde et speciosam. Appropinquantibus autem eis ad illius litus atque ascendentibus de navi viderunt posteriorem partem illius beluae quae erat interfecta. Ait Sanctus Brendanus: «Ecce quae voluit nos devorare. Ipsam devorabitis quia nos expectabimus multum tempus in hac insula. Levate ergo naviculam vestram altius in terram et quaerite locum in ista insula ubi tentorium vestrum possit stare.» Ipse sanctus pater predestinavit locum illis ad habitandum. Cum autem fecissent secundum preceptum viri Dei ac misissent omnia utensilia in tentorium dixit Sanctus Brendanus fratribus suis: «Accipite dispendia vestra de ista belua ut sufficiat nobis per tres menses. Hac enim nocte illud cadaver devoratum erit a bestiis.» Illi vero usque ad vesperas asportabant carnes quantum eis opus erat secundum mandatum sancti patris. At vero fratres cum haec omnia perfecissent dixerunt: «Abba quomodo possumus hic vivere sine aqua?» Quibus ipse ait: «Numquid difficilius est Deo vobis tribuere aquam quam victum?»*

«Nada malo hemos de esperar de esta lucha, sino que redundará en la gloria de Dios.» Y en efecto, la bestia que perseguía a los siervos del Señor fue muerta, separada en tres partes ante sus ojos. La segunda, victoriosa, se alejó por donde había venido. Otro día avistaron a lo lejos una hermosa y frondosa isla. Al llegar a la playa vieron allí la parte posterior de la bestia que había sido muerta. Dijo San Brendanus: «He aquí la bestia que quiso devorarnos. La misma que devoraremos nosotros, porque vamos a quedarnos mucho tiempo en esta isla. Arrastrad la nave hacia tierra y buscad un lugar donde podamos montar la tienda.» El mismo santo padre determinó un lugar para habitar. Allí establecieron el campamento los hermanos, según las instrucciones de San Brendanus, y transportaron los utensilios necesarios. Dijo entonces: «Tomad del cuerpo de la bestia carne para tres meses. Esta noche, lo que quede del cadáver será devorado por otras bestias.» Y así estuvieron transportando carne hasta vísperas, según el mandato del santo padre. Al terminar, dijeron: «Padre, ¿de qué modo podremos vivir aquí sin agua?» A lo que respondió: «Acaso es más difícil para Dios proveeros de agua que de comida?»

*«Ite igitur contra meridianam plagam insulae istius et invenietis fontem lucidissimum et herbes multas ac radices et inde mihi dispendia sumite secundum mensuram.» Et invenerunt omnia sicut vir Dei predestinavit. Mansit ergo ibi Sanctus Brendanus tres menses quia erat tempestas in mari et ventus fortissimus et inequalitas aeris de pluvia et grandine. Fratres vero ibant videre de illa belua. Cum autem venissent ad locum ubi cadaver erat antea nihil invenerunt nisi tantum ossa. Reversique sunt confestim ad virum Dei dicentes: «Abba sicut dixisti ita est.» Quibus ille ait: «Scio filioli quia voluistis me probare si verum dixissem annon. Aliud signum dicam vobis. (Portio cuiusdam piscis hac nocte venit illuc, et cras reficiemini inde).» Sequenti vero die exierunt fratres ad locu et invenarunt sicut vir Dei praedixerat. Et attulerant quantum poterant portare. Ait autem illis venerabilis pater: «Istud vero diligenter observate conditum inde habebitis necessitatem. Faciet enim Dominus serenum tempus hodie et cras et post cras et cessabit impetus maris ac fluctuum. Postea proficiscemini de loco isto.»*

«Id hacia el sur y encontraréis una fuente clarísima y muchas hierbas y raíces. Tomad de ellas una cantidad adecuada.» Encontraron efectivamente todo lo que San Brendanus había dicho. Allí permanecieron durante tres meses debido al mal tiempo. El mar era tempestuoso, el viento fortísimo y el tiempo revuelto, con lluvia y granizo. Un día los hermanos se acercaron a ver el cuerpo de la bestia, pero sólo hallaron los huesos. Volvieron apresuradamente adonde estaba el abad diciendo: «Ocurrió como dijiste.» Y respondió: «Sé que habéis querido probar si dije o no la verdad. Os diré algo: esta noche llegará a la playa otro trozo, del que podréis comer mañana.» Al día siguiente, en efecto, volvieron a la playa y encontraron allí lo que San Brendanus había predicho. Tomaron todo lo que pudieron transportar. Les advirtió el santo padre: «Poned en conserva esto que traéis, porque tendréis necesidad de ello. Hoy Dios aplacará el tiempo y pasado mañana se calmará el mar. Después, abandonaremos este lugar.»

# XXIV

*Transactis autem diebus praedictis precepit Sanctus Brendanus suis fratribus onerare navim et utres implere atque alia vascula herbes ac radices ad suum opus colligere quia praedictus pater postquam fuit sacerdos nihil gustavit in qua spiritus vitae esset de carne. Oneratisque omnibus in navim velisque extensis profecti sunt contra septentrionalem plagam. Quadam vero die videntes insulam longe ab illis dixit illis Sanctus Brendanus: «Videtis illam insulam?» Aiunt illi: «Videmus.» Dixitque illis: «Tres populi sunt in illa insula unus puerorum et alius iuvenum tertius vero seniorum. Porro unus ex fratribus nostri illic peregrinabitur.» Fratres autem interrogabant quisnam esset ex eis. Cum autem perseverassent in illa sententia, et videsset illos tristes ait: «Iste est ille frater qui permansurus est ibi.» Fuit autem praedictus frater unus ex tribus fratribus qui subsecuti sunt sanctum Brendanum de isto monasterio. De quibus praedixerat fratribus antea quando ascenderunt navim in patria sua. Appropinquabant ergo fratres ad praedictam insulam usque dum navis stetit in litore. Erat autem illa insula mirae planitiae in tantum ut illis videretur equalis mari sine arboribus aut aliquo quod a vento moveretur.*

Transcurrieron los días predichos y San Brendanus pidió a sus hermanos cargar la nave y llenar de agua los cueros y otros recipientes y para él recolectar hierbas y raíces, porque desde que fue sacerdote no gustaba de comer carne, por haber estado animada de espíritu vital. Hecha la carga y extendidas las velas partieron en dirección norte. Un día vieron una isla en la lejanía, y les preguntó San Brendanus a sus hermanos: «¿Véis aquella isla?» Y respondieron: «La vemos.» Y San Brendanus: «Tres pueblos habitan en aquella isla: uno de niños, otro de jóvenes y otro de ancianos. Más adelante, uno de vosotros se quedará allí.» Los hermanos se preguntaban quién de ellos sería, y como persistiesen en la cuestión y San Brendanus advirtiese que se entristecían les dijo: «Éste es el que habrá de quedarse», indicando a uno de aquellos tres que habían seguido a San Brendanus desde el monasterio y se habían unido a la expedición en el momento en que partían. Se acercaron a la isla hasta detener la nave en la playa. Era aquella isla de sorprendente planitud y hasta donde veían tan llana como el mismo mar y sin árboles ni vegetación alguna que el viento pudiese mover.

*Valde enim erat speciosa cooperta scaltis albis et purpureis. Ibique viderunt tren turmas sicut vir Dei praedixerat. Nam inter turmam et turmam spacium erat quasi iactus lapidis de funda et semper ibant huc atque illuc et una turma cantabat stando in uno loco dicens «Ibunt sancti de virtute in virtutem et videbunt Deum Deorum in Sion.» Dum una turma perfiniebat illum versiculum altera turma stabat et incipiebat cantare carmen praedictum et ita faciebant sine cessacione. Erat autem prima turma puerorum in vestibus candidissimis et secunda in iacinctinis et tertia turma in purpureis dalmaticis. Erat autem hora quarta quando tenuerunt portum insulae. Cum autem VI venisset ceperunt cantare turmae simul dicentes: «Deus misereatur nostri» usque in finem et «Deus in adiutorium meum intende». Similiter et tertium psalmum «Credidi» et orationem ut supra. Similiter ad horam nonam alios tres psalmos: «De profundis» «Ecce quam bonum» et «lauda Jerusalem Dominum». Et cantabant ad vesperas «Te decet hymnus» «Benedic anima». Et tertium psalmum: «Laudate pueri Dominum». Et quindecim graduum cantabant sedendo. Cum autem perfinissent illum cantum statim obumbravit insulam nubes mirae claritatis sed non poterant videre quae antea viderant prae spissitudine nubis. At tamen audiebant voces canentium praedictum carmen sine intermissione usque ad vigilias matutinas.*

Estaba cubierta la superficie de uvas blancas y púrpuras. Vieron allí tres muchedumbres, como predijera el varón de Dios. Entre una y otra mediaba el espacio como de tiro de honda, y se movían de un lado a otro y, deteniéndose en un lugar, cantaba una de las muchedumbres: «Irán los santos de una a otra virtud y verán al Dios de dioses en Sión.» Y mientras uno de los grupos terminaba estos versículos otro se detenía y comenzaba a cantar los mismos, y así sin descanso. La primera era una muchedumbre de niños, vestidos con ropas blanquísimas, la segunda de jóvenes vestidos de violeta y la tercera de ancianos de púrpura dalmática(1). Habían llegado a la isla a la hora cuarta, y al llegar la hora sexta los tres grupos comenzaron a cantar juntos diciendo: «Dios se apiadará de nosotros» hasta el final y «Dios ven en mi ayuda». De la misma forma el salmo «Creed» y a la hora nona «De profundis»(2) «Qué alegría» y «Alaba a Dios Jerusalem». Y cantaban en vísperas «Himno», «Bendice el alma» y el tercero «Alabad niños al Señor». Y así hasta quince salmos por su orden. Cuando terminaron aquellos cantos la isla quedó cubierto por nubes de maravillosa claridad pero tan espesas que no podían ver nada. Podían sin embargo oír los cantos que de nuevo se prolongaron hasta la vigilia matutina.

*Tunc ceperunt turmae cantare dicentes: «Laudate Dominum de caelis» «Cantate Domino novum (cantum)»; «Laudate Dominum in sanctis eius». Post haec cantabant XII psalmos per ordinem psalterii. At vero dum dies illuscesceret discooperta est insula de nube et confestim cantabant VI psalmos . «Miserere mei Deus» «Deus meus ad te» et «Domine refugium» «Omnes gentes» «Deus in nomine tuo» «Dilexi quoniam» sub Alleluia. Deinde immolabant agnum immaculatum et omnes ad communionem veniebant dicentes: «Hoc sacrum corpus Domini et salvatoris sanguinem sumite vobis in vitam aeternam». Itaque finita immolatione duo ex turma iuvenum portabant cophinum plenum de scaltis purpureis et miserunt in navim dicentes: «Sumite de fructu insulae virorum fortium et reddite nobis fratrem nostrum ac proficiscimini in pace.» Tunc Sanctus Brendanus vocavit praedictum fratrem ad se et ait: «Osculare fratres tuos et vade cum illis qui te invocant. Bona hora concepit te mater tua quia meruisti habitare cum tali congregatione». Osculatisque omnibus et sancto patre ait illi Sanctus Brendanus: «Fili recordare quanta beneficia proposuit tibi Deus in hoc seculo. Vade et ora pro nobis». Protinus secutus est duos iuvenes ad eorum scolam. Venerabilis pater cum suis sodalibus cepit navigare.*

Entonces las tres muchedumbres comenzaron con «Alabad al Señor de los cielos», «Cantad un canto nuevo para el Señor» y «Alabad al Señor en sus santos». Después de esto, entonaron otros doce salmos por orden. Al amanecer, a medida que volvía la luz se retiraban las nubes y cantaban los seis salmos «Apiádate de mí Señor», «Dios me vuelvo hacia tí», «Dios es mi refugio», «Todas las gentes», «En tu nombre Señor», «Creí»(3). Después inmolaron un cordero inmaculado y todos acudían a la comunión diciendo: «Esto es el cuerpo sagrado de Dios, tomad la sangre del Salvador en la vida eterna». Cuando terminó la inmolación, dos del grupo de los jóvenes llegaron hasta la nave portando una canastilla de uvas púrpuras y dijeron: «Tomad de los frutos de la Isla de los Hombres Fuertes y devolvednos a nuestro hermano; partid en paz después.» Entonces llamó San Brendanus al antedicho hermano y le dijo: «Besa a tus hermanos y vé con los que te reclaman. En buena hora te parió tu madre, porque has merecido vivir en esta congregación.» Después que besara a sus hermanos de nuevo se dirigió a él San Brendanus diciendo: «Hijo, acuérdate de cuantos bienes te ofreció Dios en esta vida. Ruega por nosotros.» Enseguida el monje siguió a los dos jóvenes. El venerable padre junto con sus compañeros se hicieron a la mar de nuevo.

*Cum autem hora nona venisset precepit suis fratribus reficere corpora de scaltis insulae virorum fortium. Cum haec dixisset vir dei accepit unam de illis. Ut autem vidit magnitudinem eius et illam plenam esse succo admiratus est et ait: «Nunquam vidi nec legi de scaltis tantae magnitudinis.» Erant enim equalis staturae in modum pilae magnae. Tunc cepit vir Dei vasculum sibi afferri expressitque unam ex illis et attulit de suo succo unam libram quam sanctus pater dividens in duodecim uncias dedit unicuique singulam unciam. Ita per XII dies fratres reficiebantur de singulis scaltis tenentes semper in ore saporem mellis.*

Al llegar la hora nona les indicó que repusiesen fuerzas con aquellas uvas de la Isla de los Hombres Fuertes. Él mismo tomó una de aquellas uvas; se admiró de su tamaño y de la cantidad de jugo que contenían y dijo: «Nunca ví o leí de uvas de tal tamaño.» Eran todas de igual tamaño, y formaban un gran montón. Tomó una San Brendanus y exprimiéndola en un vaso obtuvo una libra de zumo, que dividió en doce partes y dió una para cada uno de los hermanos (4). Y así durante doce días una sola uva era suficiente para alimentar a los hermanos, y tenían siempre en la boca el sabor de la miel.

# XXV

*Finitis iam aliquantis diebus sanctus pater precepit triduanum ieiunium. Porro transacto triduo ecce una avis grandissima volabat a regione navis tene(n)s ramum cuiusdam arboris ignotae habentem in summo bhotrum magnum mirae rubicunditatis. Quem ramum misit de ore suo in sinum sancti viri. Tunc Sanctus Brendanus vocavit fratres suos ad se et ait: «Videte et sumite prandium quod Deus misit nobis.» Erant enim uvae illius sicut poma. Quas divisit vir Dei par singulas uvas et habebant victum usque ad XII dies. Iterum vir Dei cepit predictum ieiunium cum fratribus suis. Tertia namque die viderunt insulam non longe ab illis totam coopertam arboribus densissimis habentibus fructum in mensura praedictarum uvarum incredibili fertilitate ita ut omnes arbores incurvatae fuissent ad terram unius fructus uniusque coloris. Nulla erat sterilis arbor nullaque erat alterius generis in eadem insula. Tunc fratres tenuerunt portum. Vir Dei vero ascendit de navi et cepit circuire illam insulam. Erat odor illius sicut odor domus plena malis punicis. Fratres adhuc expectabant in navi donec vir Dei ad eos rediret. Interim flabat illis ventus odorem suavissimum ita ut ad odorem illius eorum conarentur animi.*

Pasaron varios días y San Brendanus ordenó un ayuno por tres días, al término de los cuales he aquí que avistaron un ave enorme que volaba en las cercanías de la nave en cuyo pico sostenía una rama de un árbol desconocido y en la rama un racimo de uvas intensamente rojas, que dejó caer sobre el santo. Tomándolas, les dijo a los hermanos: «Ved y tomad del alimento que Dios nos envía.» Eran uvas del tamaño de manzanas, que dividió en partes San Brendanus y tuvieron de este modo alimento por otros doce días. Después volvieron al ayuno. Al tercer día avistaron una isla no lejos de donde estaban, densamente poblada de árboles y estos incurvados por el peso de los frutos, de diversos colores y del tamaño de las uvas que habían comido días antes. Todos los árboles eran del mismo género, y todos tenían frutos. Atracaron. El varón de Dios bajó de la nave y comenzó a recorrer aquella isla. La fragancia era como la de una casa llena de granadas. Entretanto, los hermanos esperaban en el barco su vuelta. Soplaba el viento y les llevaba aquella fragancia que les regalaba el ánimo.

*At venarabilis pater invenit sex fontes irriguos herbis virentibus ac diversis radicibus. Post haec reversus ad fratres suos portans secum de primitiis insulae dixit illis: «Ascendite de navi et fingite tentorium et confortamini de fructibus terrae istius quos Dominus ostendit nobis.» Ita per XL dies reficiebantur de uvis et herbis seu radicibus fontium.*

Encontró el santo padre seis fuentes refrescantes rodeadas de verdor y raíces diversas. Volvió al barco con una muestra de lo que había encontrado y les dijo: «Bajad del barco, montad la tienda y confortaos con los frutos que Dios os muestra.» Durante cuarenta días descansaron en aquel lugar, alimentándose de las uvas y de las hierbas y raíces de las fuentes.

# XXVI

*Beatus vero Brendanus atque sui dilecti post predictum tempus ascenderunt navim portantes secum de fructibus quantum poterat naevis (eorum) portare. Ascendentibus illos porro tendebatur velum in classi quo ventus direxisset. (Et) cum navigassent apparuit illis avis quae vocatur griffa a longe volans obviam illis. Cum haec vidissent fratres dicebant ad Sanctum Brendanum: «Ad devorandum nos venit illa avis.» quibus ait: «Nolite timere. Deus noster adiutor est qui nos defendet etiam hac vice.» Illa extendebat ungulas ad servos Dei capiendos. Ecce subito avis quae illis altera vice portavit ramum cum fructibus venit obviam griffae rapidissimo volatu quam statim voluit devorare illa. At vero defendebat se usque dum superasset ac abstulisset oculos griffae praedicta avis. Porro griffa volabat in altum ut vix fratres potuissent illam videre. At tamen interfectrix non dimissit illam donec eam interemisset. Nam cadaver eius coram fratribus iuxta navim cecidit in mare. Altera vero avis reversa est in locum suum. Sanctus vero Brendanus cum suis nautis non post multos dies viderunt insulam predictae familiae Albei. Ibique Natalem celebravit Domini cum suis fratribus.*

Transcurrida la estancia en aquella isla, San Brendanus y sus elegidos subieron de nuevo a la nave, llevando tantos frutos de aquel lugar como pudieron cargar. Tendieron velas y se dejaron conducir por el viento. Navegaban de este modo cuando avistaron a lo lejos un ave grifa que se dirigía hacia ellos. Al verla los hermanos dijeron: «Viene a devorarnos.» Los tranquilizó San Brendanus: «No temáis. Dios está con nosotros y también esta vez nos defenderá.» El pájaro extendía sus garras tratando de capturar a los siervos de Dios, cuando de pronto apareció el ave que muchos días antes se había acercado a la nave llevando el ramo de uvas. Con vuelo rapidísimo le salió al encuentro al ave grifa, tratando de devorarla. Trabaron combate, y el ave grifa huyó hacia las alturas, hasta donde apenas podía verse desde el barco. Pero no cejó la cazadora hasta acabar con su presa, cuyo cadáver vieron por fin caer al mar, cerca de la nave, mientras la primera se alejaba, acabado el combate. No muchos días después alcanzaron la isla de San Albes, donde celebraron el nacimiento del Señor.

*His perfinitis diebus festis venerabilis pater accepta benedictione abbatis et famulorum suorum circuibat oceanum per multum tempus nisi in predictis festivitatibus id est Paschae et Natalis Domini. Nam in illis habebat requiem in praedictis locis.*

Cuando pasaron las fiestas se hicieron de nuevo a la mar con la bendición del abad, y navegaron durante mucho tiempo, pues sólo en las fiestas señaladas tenían descanso en tierra firme.

# XXVII

*Quodam vero tempore cum Sanctus Brendanus celebrasset sancti Petri Apostoli festivitatem in sua navi invenerunt clarum mare ita ut possent videre quidquid subtus erat. Cum autem aspexissent intus viderunt diversa genera bestiarum iacentia super arenam. Videbatur quoque illis quod potuissent manu tangere illas prae nimia claritate illius maris. Erant enim sicut iacentes greges in pascuis. Et prae multitudine tales videbantur sicut civitas in girum applicantes capita ad posteriora iacendo. Rogabant vero fratres venerabilem patrem ut celebraret cum silentio suam missam ne bestiae audissent ac levassent se ad persequendos eos. Sanctus pater subrisit atque dicebat illis: «Miror valde vestram stultitiam. Cur timetis istas bestias et non timuistis omnium bestiarum maris devoratorem et magistrum sedentes atque psallentes multis vicibus in dorso eius? Immo et silvam scindistis carnemque coxistis. Ergo cur timetis istas? Nonne Deus omnium bestiarum est Dominus noster Ihesus Christus qui potest humiliare omnie animancia?» Cum haec dixisset cepit cantare in quantum potuit altius. Ceteri namque ex fratribus aspiciebant semper bestias. Cum autem audissent bestiae vocem canentis levaverunt se a terra et natabant in circuitu navis ita ut non*

Una vez, cuando celebraban la festividad del apóstol San Pedro, se encontraron en un lugar del océano donde la claridad del agua era tal que podían ver todo lo que tenían bajo la nave. Al asomarse, contemplaron diversos géneros de bestias que descansaban sobre la arena del fondo. Era el agua tan transparente que parecía que podían tocarlas. Parecían como un rebaño en el prado, moviéndose en círculo. Temieron los hermanos, y pidieron a San Brendanus que celebrase en silencio, no fuesen a oirlo las bestias y subiesen a la superficie para perseguirlos. Sonrió el santo padre y les dijo: «Me maravillo de vuestra estulticia. ¿Acaso no habéis descansado sobre el dorso de la mayor de las bestias marinas? ¿No habéis cantado sobre ella? ¿No habéis ya troceado y cocinado a una bestia marina? ¿Acaso no es nuestro Jesucristo el Dios y Señor de todas las bestias y no puede humillar a todo género de animales?» Dijo esto San Brendanus y comenzó a cantar con todas sus fuerzas. Algunos de los hermanos no dejaban de mirar a los animales del fondo. Éstos, al oir el canto, se elevaron y comenzaron a nadar en torno a la nave, en tal cantidad que no podían verse alrededor más que todo género de animales marinos. Mantenían sin embargo

*potuissent fratres ultra videre in omni parte prae multitudine diversarum natantium. Tamen non appropinquabant naviculae se(d) longe lateque natabaht et ita huc atque illuc donec vir Dei finisset missam se retinebant. Post haec quasi fugiendo omnes bestiae per diversas semitas oceani a facie servi Dei natabant. Sanctus vero Brendanus per octo dies prospero vento et velis extensis vix potuit mare clarum transmeare.*

las distancias. Cuando San Brendanus terminó de cantar, huyeron todos. Tuvieron después de esto ocho días de viento favorable y con las velas hinchadas apenas pudieron abandonar esta región de aguas transparentes.

# XXVIII

*Quadam vero die cum celebrassent missas apparuit illis columna in mare et non longe ab illis videbatur sed tamen non poterant ante tres dies appropinquare. Cum autem appropinquasset vir Dei aspiciebat summitatem illius tamen minime videre potuit prae altitudine illius. Namque altior erat aere. Porro cooperta fuit ex raro conopeo qui in tantum rarus erat ut navis posset transire par foramina illius. Ignorabant autem de qua creatura factus esset ipse conopeus. Habebat enim colorem argenti sed tamen durior illius videbatur quam marmor. Columna vero erat de cristallo clarissima. Tunc dixit Sanctus Brendanus fratribus suis: «Mittite remiges intus in navim et arborem atque vela et alii tenebunt ex vobis interim fibulas conopei.» Spatium namque magnum tenebat in omnem partem predictus sagus a columna quasi unius milarii et ita extendebatur in profundum. Cum haec fecissent ait ad illos vir Dei: «Mittite navim intus per aliquod foramen ut videamus diligenter magnalia creatoris nostri.» Cum autem intus intrasset huc atque illuc mare apparuit illis vitreum prae claritate ita ut omnia quae subtus erant possent videre.*

Otro día, mientras celebraban misa, avistaron una columna en el mar, y aunque parecía estar cerca les llevó tres días acercarse. El varón de Dios miraba hacia la cima de la columna, pero su altura era tal que no podía distinguirse. Parecía tocar el cielo. La columna se cubrió con un raro velo de color argénteo y tan duro como el mármol. Ignoraban qué criatura había podido fabricarlo. Tenía aberturas por donde la nave podía transitar. La columna en sí era de cristal clarísimo. Entonces dijo San Brendanus a sus hermanos: «Recoger los remos y la vela y desmontad el mástil, y que algunos de vosotros sujeten los broches del conopeo.» Había un espacio como de una milla entre el conopeo y la columna, y se extendía hacia el fondo. Dijo el varón de Dios: «Conduzcamos la nave por alguna abertura y veamos las maravillas de nuestro creador.» Al penetrar tras el velo, el mar apareció transparente como el vidrio, de forma que podían verse las profundidades.

*Nam bases columnae poterant considerare et summittatem chonopei similiter iacentem in terra. Lux solis non minor erat intus quam foris. Tunc Sanctus Brendanus mensurabat foramen unum in quatuor per chonopeos quatuor cubitis in omnem (partem).*

Podían apreciar las bases de la columna y la parte inferior del conopeo posada en el fondo. La luz era tan intensa dentro como fuera(1).

# XXIX

*Igitur navigabant per totum diem iuxta latus unum illius columnae et per umbram solis calorem poterant sentira ultra. Ita usque horam nonam. Ipse vir dei semper mensurabat latus unum mille quadringentis cubitis. Mensura una per quatuor latera illius columnae erat. Sic et per quatriduanum operabatur venerabilis pater inter quatuor angulos pradictae turris. Quatuor autem die invenerunt calicem de genere conopei et patenam de colore columnae erat iacentem in quadam fenestra in latere columnae contre austrum(1). Quae statim vascula Sanctus Brendanus apprehendit dicens:* «*Dominus noster Ihesus Christus ostendit hoc miraculum et ut ostendatur multis ad credendum mihique dedit ista bina munera.*» *Statim precepit vir Dei fratribus divinum officium peragere et postea corpora reficere quia nullum taedium habebat de cibo sumere aut potu postquam viderent illam columnam.*

Navegaron junto a una de las paredes de la columna a lo largo de todo el día, sintiendo el calor del sol a pesar de navegar a la sombra de la columna. Así hasta la hora nona. San Brendanus midió mil cuatrocientos codos para la longitud de aquel lado, y durante cuatro días circunnavegaron la columna por sus cuatro lados, todos de la misma longitud. Al cuarto día encontraron un cáliz de una materia similar a la del velo y una patena del color de la misma columna. Estaban en una ventana, en el lado de la columna orientada al austro. Enseguida los tomó San Brendanus, diciendo: «El Señor nuestro Jesucristo nos ha mostrado este milagro, y para mover a muchos a creer me ha dado estos dos obsequios.» Enseguida ordenó a los hermanos que celebrasen el oficio divino, y que tomaran después algo de alimento, pues no habían comido nada desde que avistaron la columna.

# XXX

*Transacta vero illa nocte ceperunt fratres navigare contra septentrionalem plagam. Cum autem transissent quoddam foramen posuerunt arborem et vela in altum et alii tenebant ex fratribus fibulas chonopei quo usque omnia preparassent in navi. Extensis omnibus cepit prosper ventus post illos flare ita ut nihil illis opus (fuisset) navigare nisi tantum tenere funiculos et gubernaculum.*

Pasó la noche y continuaron navegando hacia el Norte, hasta que encontraron una abertura en el conopeo, que traspasaron sujetando algunos de los monjes las fíbulas del velo. Levantaron el mástil, extendieron la vela y los impulsó un viento propicio, de tal forma que sólo tenían que preocuparse por el timón y los aparejos de la vela.

# XXXI

*Sic ferebantur per octo dies. Iam autem viderunt insulam non longe ab illis valde rostam et saxosam atque scoriosam sine arboribus et herbis plenam officinis fabrorum. Venarabilis pater ait fratribus suis: «Videte fratres; angustia est mihi de hac insula quia nolo in illam ire aut etiam sibi appropinquare. Sed ventus illuc subtrahit nos recto cursu.» Ergo illis praetereuntibus parumper(1) quantum iactus est lapidis audierunt sonitum follium(2) sufflantium quasi tonitruum atque malleorum(3) collisiones. His auditis venarabilis pater armavit se dominico tropheo in quattuor partes dicens: «Domine Jhesu Christe libera nos de hac insula.» Finito autem sermone viri Domini ecce unus ex habitatoribus eiusdem insulae egressus est foras quasi ad aliquod opus peragendum et erat ille hispidus(4) valde et ingens atque tenebrosus. Cum vero vidisset famulos Christi transire iuxta illam insulam reversus est in suam officinam. Vir Dei iterum se armavit et ait fratribus: «Filioli tendite vela in altum et simul navigate quantotius atque fugiamus istam insulam.» Citius dicto ecce predictus barbarus occurrit ad litus illis e regione portans forcipem(5) in manibus cum massa ignea de scoreo immensae magnitudinis atque fervoris.*

Navegaron así durante ocho días y vieron una isla rocosa y áspera, sin árboles ni hierbas, donde había una multitud de fraguas. El venerable padre dijo a sus hermanos: «Ved hermanos; me causa angustia aquella isla, a la que no quiero ni acercarme. Y sin embargo, el viento nos empuja a directamente hacia ella.» Habían avanzado como un tiro de piedra cuando empezaron a escuchar el sonido de los fuelles que resonaban como truenos y los golpes de los martillos. Al escuchar esto, San Brendanus se santiguó diciendo: «Señor Jesucristo, líbranos de esta isla.» Nada más terminar esta invocación vieron que uno de los habitantes de la isla salía fuera de la forja, como si fuese a hacer algo. Era un hombre de gran estatura, sombrío y áspero. Al ver a los siervos de Cristo transitar en las cercanías de la isla, volvió rápidamente al interior de la forja. De nuevo se santiguó el santo varón y dijo a sus hermanos: «Hijos míos tended la vela y al mismo tiempo remad con todas vuestras fuerzas para que podamos huir de esta isla.» En menos de lo que tarda en decirse, aquel hombre bárbaro corrió hacia la playa sujetando con unas tenazas una enorme masa ardiente de escoria tomada de la fragua que lanzó contra los siervos de Cristo, sin lograr

*Qui statim super famulos Christi iactavit predictam massam. Sed illis non nocuit. Transivit enim illos quasi spatium unius stadii ultra. Nam ubi cecidit in mare cepit fervere quasi ruina montis ignei fuisset ibi et ascendebat fumus de mari sicut de clibano ignis. At vero vir Dei cum transisset quasi unius miliarii ultra locum ubi cecidit massa omnes qui illa insula erant occurrerunt ad litus portantes singuli singulas massas. Alii iactabant post famulos Christi massa in mare alter super alterum iactabat suam massam semper revertentes in illorum officinas et incenderunt eas et simul apparuit quasi tota arderet illa insula sicut unus clibanus et mare estuabat sicut cacabus plenus carnibus plenus estuans quando ministratur ab igne et audiebant, par totum diem ingentem ululatum ab illa insula et etiam quando non poterant illam videre et ad aures eorum attingebat ad huc ululatus habitantium in illa atque ad nares ingens fetor. Tunc sanctus pater suos monachos confortabat dicens: «O milites Christi robaramini in fide non ficta et in armis spiritalibus quia sumus in confinibus infernorum; propter ea vigilate et agite viriliter.» Altera vero die apparuit illis mons altus in oceano contra plagam septemtrionalem non longe quasi par tenues nubilas. Sed valde fumosus erat in summitate et statim rapidissimo cursu ventus traxit illas litus insulae eiusdam usque dum navis resedit non longe a terra.*

dañarlos ya que pasó sobre ellos y fue a caer al agua. Sin embargo, allí donde cayó aquella masa el agua hirvió emitiendo vapor. Parecía el hundimiento de un volcán. Había traspasado la embarcación ya el lugar donde cayó la masa ardiente cuando todos los habitantes de aquella isla corrieron hacia la playa, llevando cada uno una de aquellas masas ardientes de escoria de las fraguas, lanzándolas contra los siervos de Cristo y volviendo una y otra vez a sus talleres y avivando los fuegos hasta tal punto que parecía arder toda la isla como un horno, y el mar hervía como un caldero puesto al fuego. Escucharon durante todo el día el griterío inmenso procedente de la isla e incluso cuando la perdieron de vista seguían escuchando aquellos alaridos y les llegaba el hedor. Confortaba el santo padre a sus monjes diciéndoles: «¡Oh soldados de Cristo! Fortaleced vuestra fe auténtica y vuestras armas espirituales, porque estamos en los confines del infierno; vigilad y mostraos viriles.» Otro día apareció ante ellos, hacia el norte, no lejos de donde estaban, una montaña muy alta, velada por nubes tenues y de cuya cima salía una gran columna de humo. Rápidamente el viento les impulsó casi hasta la playa, sobre la que se elevaba un acantilado de altura tal que difícilmente podía verse su cima, del color del carbón y recto como si fuese un muro.

*Erat namque ripa illius tantae altitudinis ut summitatem eius vix potuissent videre; et coloris carbonis et mirae magnitudinis rectitudinis sicut murus. Unusquidam qui remansit ex tribus fratribus qui secuti sunt Sanctum Brendanum de suo monasterio in exilium foras de navi cepit ambulare usque ad fundamentum ripae cepitque clamare dicens: «Vae mihi perdor a vobis et non habeo potestatem venire ad vos.» Fratres confestim navim retro a terra ducebant et clamaverunt dicentes: Miserere nobis Domine miserere nobis. At vero venerabilis pater cum suis sociis aspiciebant quomodo ducebatur infelix ille a multitudine demonum ad tormenta et quomodo incendebatur inter illos atque dicebat: «Vae tibi fili quia repperisti in vita tua meriti talem finem.» Iterum arripuit illos prosper ventus ad australem plagam. Cum autem aspexissent a longe retro insulam viderunt montem discoopertum a fumo et a se spumantem flammas usque ad aethera et iterum ad se easdem flammas respirantem ita ut totus mons usque in mare unus rogus apparuisset.*

Saltó de la nave el único monje que quedaba de aquellos tres que siguieron a San Brendanus de su monasterio y comenzó a caminar por la orilla, hasta llegar a la base del muro. Clamó entonces diciendo: «¡Ay de mí, separado de vosotros y sin poder volver!» Los hermanos se alejaron de allí enseguida diciendo: «¡Apiádate de nosotros Señor, apiádate!» Y miraban todos cómo aquel infeliz era conducido al tormento por una multitud de demonios y de qué forma se incendiaba entre esos demonios y decía: «¡Ay de tí hijo que ganaste en vida este fin!» De nuevo, un viento propicio los alejó de allí, conduciéndolos hacia el sur. Volvieron la vista desde lejos y pudieron ver sin nubes la cima de aquella montaña, expulsando llamas hacia las alturas y volviendo a engullirlas después. Parecía una pira funeraria.

# XXXII

*Igitur Sanctus Brendanus cum navigasset contra meridiem apparuit illis in mare quadam formula quasi hominis sedentis supra petram et velum ante illum a longe quasi mensura unius sagi pendens inter duas furcellas ferreas et sic agitabatur fluctibus sicut navicula solet quando periclitatur a turbine. Alii ex fratribus dicebant quod avis esset alii navim putabant. Vir Dei cum audisset eos inter eos conferentes talia ait: «Sinite contendere; dirigite cursum navis usque ad locum illum.» Cum vero vir Dei illuc appropinquasset restiterunt inde in circuitu quasi coagulati. Et invenerunt hominem sedentem supra petram hispidum ac deformem et undae ex omni parte quando defluebant ad illum percutiebant eum usque ad verticem et quando nudebant apparabat illa petra nuda in qua sedebat infelix ille. Pannus(1) quoque qui ante illum pendebat aliquando percutiebat eum per oculos et frontem. Beatus Brendanus cepit interrogare illum quis esset aut pro qua culpa missus esset ibi seu quid habuisset talem penitentiam sustinere. Cui ait: «Ego sum infelicissimus Iudas atque negociator pessimus; non pro meo merito habeo istum locum sed pro misericordia ineffabili Ihesu Christi.»*

Navegaban pues hacia el sur y vieron en el mar algo que parecía una forma humana sentada sobre una roca, con un velo delante sujeto por dos horquillas de hierro, largo como un sayo, que agitaban las olas como agita un remolino una embarcación. Algunos decían que era un pájaro, otros, una nave. Al escucharlos San Brendanus discutir, dijo: «Acerquémonos; poned rumbo hacia allí.» Al acercarse, observaron que alrededor el mar estaba tranquilo. Encontraron a un hombre sentado, barbudo y deforme al que las olas azotaban desde todas direcciones, cubriéndolo hasta la cabeza(1). Al retirarse dejaban desnuda la roca en que estaba sentado aquel infeliz. La tela que pendía ante él también, agitada por el viento y las olas, le golpeaba en la frente y los ojos. San Brendanus le preguntó que quién era y a casua de qué culpa se encontraba allí, sujeto a aquel castigo. Respondió el hombre: «Soy el infeliz Judas, pésimo negociante; no estoy aquí por méritos propios, sino por la misericordia del inefable Jesucristo.»

*«Non mihi computatur penalis iste locus sed pro indulgentia redemptoris propter honorem dominicae resurrectionis. Nam dies dominicus erat tunc. Mihi enim videtur quando sedeo hic quasi fuissem in paradiso delitiarum propter timorem tormentorum quae futura sunt mihi in hac vespera. Nam ardeo sicut massa plumbi liquefacta in olla die ac nocte in medio montis quem vidistis. Ibi est Leviathan cum suis satellibus. Ibi fui quando deglutivit fratrem vestrum et ideo erat infernus laetus ut emissiset foras flammas ingentes et sic facit semper quando animas impiorum devorat. Meum vero refrigerium habeo hic omni die dominico a vespera usque ad vesperam et in Nativitate Domini usque (in) Theophaniam et a Pascha usque in Pentecostem et in purificatione Dei genetricis atque Assumptione. Postea et antea crucior in profundum inferni cum Herode et Pilato et Anna et Caipha. Idcirco adiuro vos per Redemptorem mundi intercedere dignemini ad Dominum Jhesum Christum ut habeam hic potestatem esse usque ad ortum solis cras ne (me) daemones in adventu vestro crucient atque ducant ad malam hereditatem quam comparavi malo pretio.» Cui Sanctus Brendanus ait: «Fiat voluntas Domini. Hac nocte non eris morsus daemonum usque mane.» Iterum vir Dei interrogabat illum dicens: «Quid sibi vult iste pannus?»*

«No se cuenta el tiempo que aquí paso en mi pena, sino que es gracias a la indulgencia del redentor, por ser domingo de resurrección. Estar aquí sentado es como estar en el paraíso de las delicias, tal es el temor a los tormentos que me aguardan esta tarde. Pues ardo como plomo derretido día y noche en el interior del monte que habéis visto. Allí se encuentra Leviatán con sus ministros. Allí estaba cuando engulló a vuestro hermano y ciertamente alegre estaba el infierno que emitía enormes llamas, como siempre que devora las almas de los impíos. Este es mi descanso de los domingos, de puesta a puesta de sol, y también en la fecha del nacimiento del Señor hasta Teofanía y desde Pascua hasta Pentecostés y desde la purificación de la Virgen hasta la Asunción. Antes y después sufro los tormentos del profundo infierno, junto a Herodes y Pilatos y Anás y Caifás. Yo os suplico por el redentor que os dignéis interceder por mí ante Jesucristo para que pueda quedarme hasta mañana y no sea en el ocaso arrebatado por los demonios y conducido al solar que compré tan caro.» Respondió San Brendanus: «Hágase la voluntad del Señor. Esta noche no serás atormentado por los demonios.» De nuevo interrogó el santo varón: «¿Y para qué es este paño?»

*Cui ait: «Istum pannum dedi cuidam leproso quando fui camerarius(2) Domini. Sed tamen non fuit meus quem dedi. Nam Domini et fratrum suorum erat. Ideoque ab illo non habeo ullum refrigerium sed magis impedimentum. Nam furcas ferreas in quibus pannus pendet illas dedi sacerdotibus templi ad cacabos sustinendos. Petram in qua sedeo illam misi in fossam in publica via sub pedibus transeuntium antequam fuissem discipulus Domini.» Cum autem vespera hora obumbrasset Tethin ecce innumerabilis multitudo daemonum cooperuit faciem Tethidis in circuitu vociferantium atque dicentium: «Recede vir Dei a nobis quia non possumus appropinquare ad socium nostrum usque dum ab illo recedas. Nec faciem principis nostri ausi sumus videre donec sibi reddamus suum amicum. Tu vero abstulisti nobis nostrum cursum. Noli istum hac nocte defendere.» Quibus ait vir Dei: «Non ego defendo sed Dominus Ihesus Christus concessit sibi istam noctem hic esse usque mane.» Cui aiunt daemones: «Quomodo invocas nomem Dei super illum cum sit ipse traditor Domini?» Quibus ait vir Dei: «Precipio vobis in nomine Domini nostri Ihesu Christi ut nihil sibi mali faciatis usque mane.» Transacta itaque nocte illa cum (vir) Dei cepisset iter agere ecce infinita multitudo daemonum cooperuit faciem abyssi emitientes diras(3) voces atque dicentes:*

Respondió: «Una vez, cuando acompañaba a Cristo, le dí este paño a un leproso, pero no era mío, sino del Señor y sus hermanos. Por eso cuelga delante, más bien como molestia pues impide en cierto grado que me refresquen las olas. Las horquillas de hierro que lo sostienen las dí una vez a los sacerdotes del templo, para que sostuviesen las marmitas. De igual modo, la piedra sobre la que me siento es la que una vez eché sobre un hoyo, bajo los piés de los transeúntes, antes de ser discípulo de Cristo.» Al caer sobre el mar las sombras de la tarde he aquí que innumerable multitud de demonios cubrió las aguas alrededor, vociferando y diciendo a San Brendanus: «Apártate de nosotros que no podemos aproximarnos a nuestro socio mientras no te alejes de él. Ni podríamos presentarnos ante nuestro príncipe si no le devolvemos a su amigo. No nos perturbes, no protejas a éste durante la noche.» Les respondió el santo: «No soy yo quien lo defiende, es Jesucristo quien le ha concedido esta noche, hasta mañana.» Y decían los demonios: «¿Invocas el nombre del Señor sobre aquel que lo traicionó?» a lo que respondió San Brendanus: «Os advierto en el nombre de nuestro Señor Jesucristo que nada malo haréis hasta mañana.» Pasó aquella noche y a la mañana siguiente empezaban a navegar de nuevo cuando innumerable multitud de demonios cubrió el mar gritando execraciones y diciendo:

*«O vir Dei maledictus ingressus tuus atque exitus tuus quia princeps noster hac nocte flagellavit nos verberibus pessimis propter quod non presentavimus maledictum sibi captivum.» Quibus ait vir Dei: «Non nobis pertinet vestra maledictio sed vobismet ipsis. Cui autem maledicitis ille est benedictus et cui benedicitis ille est maledictus.» Cui daemones responderunt: «Duplices penas sustinebit in istis sex diebus infelix Judas propter quod illum defendistis in ista praeterita nocte.» Quibus venerabilis pater dixit «Non habetis potestatem inde neque princeps vester sed potestas Dei erit.» Iterum subiunxit: «Precipio vobis in nomine Domini nostri Ihesus Christi et principi vestro ne istum extollatis(4) amplius cruciatibus quam antea.» Cui responderunt: «Numquid Dominus es omnium ut tuis sermonibus obediamus?» Quibus ait vir Dei: «Servus suus sum et quicquid in suo nomine precipiam (jude fiet). Habeo ministerium de quibus ille mihi concedit.» Et ita secuti sunt eum usque dum non poterant Iudam videre. Reversi autem daemones levaverunt infelicem animam inter illos cum magno impetu et ululatu.*

«¡Oh varón de Dios! Maldita tu llegada y maldita tu partida, porque esta noche hemos sido azotados por nuestro príncipe, ya que nos presentamos ante él sin su cautivo.» Les respondió San Brendanus: «Ninguna culpa tenemos de vuestra maldición, sino que es de vosotros mismos. Bendito aquel a quien maldecís, maldito al que bendecís.» Respondieron los demonios: «Doble tormento sufrirá Judas durante los próximos seis días, ya que esta noche lo habéis defendido.» Dijo el venerable padre: «No tenéis potestad para eso, ni siquiera vuestro príncipe la tiene. Es potestad de Dios.» Y añadió: «Os advierto, a vosotros y a vuestro príncipe, en el nombre de nuestro Señor Jesucristo: no traeréis sobre éste mayores tormentos que los que antes padecía.» Respondieron los demonios: «¿Eres acaso señor de todos nosotros para que tengamos que obedecerte?» «No -respondió San Brendanus- pero soy siervo del Señor y hablo en su nombre» Siguieron los demonios a la nave del Santo hasta que perdieron a Judas de vista y entonces volvieron y arrebataron al infeliz con gran griterío.

# XXXIII

*Sanctus vero Brendanus cum suis commilitonibus navigavit contra meridianam plagam glorificans Dominum in omnibus. Tertia vero die apparuit illis quaedam insula parva contra meridiem procul. Cum autem cepissent navigare acrius et appropinquassent praedictae insulae ait illis Sanctus Brendanus: «Viri fratres nolite corpora fatigare. Satis enim habetis laborem. Septem jam anni sunt postquam egressi sumus de nostra patria usque in hoc pascha quod venturum erit cito. Namque modo videbitis Paulum heremitam spiritualem in hac insula sine ullo victu corporali commorantem per LX annos. Nam XXX (triginta) annos antea sumpsit cibum a quadam bestia.» Cum autem appropinquassent ad litus minime poterant aditum invenire prae altitudine ripae illius. Erat autem parva nimis et rotunda illa insula quasi unius stadii. De terra vero nichil habuit de super sed petra nuda in modum silicis apparuit. Quantum latitudinis et longitudinis tantum erat et altitudinis. Cum autem circuissent navigando illam insulam invenerunt portum strictum ita ut proram naviculae vix capere potuissent et ascensum difficillimum ad ascendendum. Tunc Sanctus Brendanus dixit fratribus suis: «Expectate hic donec revertamur ad vos. Non licet enim vobis transire sine viri Dei licentia qui commoratur in hoc loco.»*

Navegó San Brendanus hacia el sur, alabando a Dios en todas sus criaturas. Al tercer día apareció hacia el mediodía una pequeña isla. Comenzaron los hermanos a remar con fuerza para acercarse, y les dijo San Brendanus: «Hermanos, no os fatiguéis. Bastantes trabajos habéis tenido ya. Siete años hará en la Pascua próxima que salimos de nuestra tierra. Pronto podréis ver al eremita Pablo, que lleva en la isla sesenta años sin alimento corporal y que durante los treinta anteriores se alimentó con ayuda de cierto animal.» Al acercarse a la isla de ningún modo podían encontrar puerto, debido a lo escarpado de la orilla. Era una isla pequeña, redonda. No tenía más que rocas desnudas y era de alta como de ancha, de alrededor de un estadio. Al navegarla alrededor encontraron un estrecho puerto, tan estrecho que la proa apenas cabía y en todo caso era difícil el desembarco. Dijo San Brendanus a los hermanos: «Esperad aquí hasta que volvamos. No os está permitido desembarcar sin el permiso del santo varón que vive aquí.»

*Cum autem venerabilis pater pervenisset ad summitatem illius insulae vidit duas speluncas hostium contra hostium in latere insulae contra ortum solis habentes fontem parvissimum rotundum in modum patulae surgentem de petra de quo sumebat vir Dei. Sanctus vero Brendanus cum appropinquasset ad hostium speluncae unius de altera egressus est senex foras obviam sibi dicens: «Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.» Cum haec dixisset precepit Sancto Brendano ut omnes fratres suos iussisset venire de navi. Osculantibus autem se invicem ac residentibus propriis nominibus singulos appellabat. At ubi audierunt fratres (admirati) sunt valde non solum de sua prophetia verum etiam de suo habitu. Erat autem coopertus totus capillis suis et barba et ceteris pilis usque ad pedes et erant candidi sicut nix prae nimia senectute. Tantum facies et oculi videbantur illius. Nihil aliud erat sibi indutum exceptis pilis qui egrediebantur de suo corpore.*

Ascendió San Brendanus a la isla y encontró, en la parte que daba a oriente, dos cuevas cuyas entradas estaban enfrentadas y una pequeña fuente redonda a la vista de donde el eremita tomaba el agua. Al acercarse San Brendanus a la puerta de una de las cuevas apareció por la otra a su encuentro el anciano, diciendo: «¡Qué bueno y feliz vivir los hermanos en comunidad!» Y dicho esto indicó a San Brendanus que ordenase a los hermanos bajar de la nave y acercarse. Besó a cada uno y los llamó por sus nombres, y al oirlos quedaron admirados, no sólo por éste hecho, sino también por el hábito del eremita. En efecto, su cuerpo estaba, salvo la cara y los ojos, cubierto de largo pelo blanco como la nieve por la extrema vejez. Sólo el pelo cubría su cuerpo.

# XXXIV

*At vero Sanctus Brendanus cum haec vidisset constritatus est intra se dicens: «Vae mihi quia porto habitum monachi et sub me constituti sunt multi sub nomine illius ordinis cum videamus in angelico statu hominem in carne adhuc sedentem illaesum a viciis corporis.» Cui ait vir Dei: «O venerabilis pater quanta et qualia mirabilia ostendit tibi Deus quae nulli sanctorum patrum manifestavit. Et tu dicis in corde tuo non esse te dignum monachi portare habitum cum sis maior quam monachus. Monachus namque labore manuum suarum utitur et vestitur. Deus autem de suis secretis per VII annos pascit te cum tua familia. Ego vero miser sedeo sicut avis in ista petra nudus exceptis pilis meis.» Tunc Sanctus Brendanus interrogabat illum de suo adventu aut unde esset aut quanto tempore sustinuisset ibi talem vitam. Cui ille respondit: «Fui nutritus in monasterio sancti Patricii per quinquaginta annos et custodiebam cimiterium fratrum. Quadam vero die cum locum sepulturae designasset mihi meus decanus ut ibi quemdam defunctum sepelissem apparuit mihi quidam senex qui dixit mihi: "Noli frater fossam ibi facere quia alterius est."»*

Al ver esto San Brendanus se entristeció, diciendo para sí: «¡Ay de mí, que llevo hábito y dirijo a otros según las reglas de la orden cuando vemos a este hombre aquí sentado aún en estado de inocencia y no tocado de los vicios corporales!» Respondió el eremita: «¡Oh padre venerable, cuantas maravillas y de qué clase te ha mostrado Dios que no había antes enseñado a ninguno de los santos padres! Y piensas que no eres digno de llevar el hábito monacal siendo más que un monje. Porque el monje vive y se viste de su trabajo. Dios sin embargo por medios ocultos te alimentó a tí y a tu familia durante siete años. Yo sin embargo permanezco aquí sentado, miserable, como un pájaro en esta roca desnuda, cubierto sólo por mi pelo.» Le preguntó entonces San Brendanus por su llegada a aquella isla, de dónde era y cuánto tiempo llevaba en aquel estado. Respondió: «Viví durante cincuenta años en el monasterio de San Patricio, donde cuidaba del cementerio. Un día mi decano(1) me ordenó abrir en cierto sitio una sepultura para acoger a uno de los hermanos. Me disponía a ello cuando apareció ante mí un anciano que me dijo: "No abras aquí la fosa, que este lugar es para otro".»

«*Cui dixi: "Pater quis es tu?" At ille respondit: "Cur me non cognoscitis? Nonne vester abbas sum?" Cui dixi: "Sanctus Patricius fuit meus abbas." At ille respondit: "Ego sum. Ego enim heri migravi de saeculo. Ipse vero est locus meae sepulturae. Hic facies sepulchrum fratris nostris et nulli dicas quid ego dixi tibi. Cras autem proficiscere ad litus maris et invenies navim ibi in quam intrabis quae te ducet ad locum ubi expectabis diem mortis tuae." Mane vero secundum praeceptum sancti patris veni ad predictum litus et inveni naviculam sicut praedixit ipse mihi. Cum autem ascendissem in naviculam cepi navigare per tres dies et tres noctes. Quibus transactis dimisi navim ubicumque ventus voluisset illam iactare. Porro septimo die apparuit ista petra in quam statim intravi dimissa navicula atque percussa pede meo ut iret unde venerat. Confestim vidi illam cursu velocissimo sulcatam undas per aequora ut rediret in patriam suam. Ego vero mansi hic. Circa horam nonam luter portavit mihi prandium de mari id est piscem unum in ore suo et fasciculum de sarmentis ad focum faciendum inter suos anteriores pedes ambulans super duobus posterioribus. Cum autem posuisset ante me piscem et crementa reversus est unde venerat. Ego vero accepto ferro silicem percussi fecique ignem de sarmentis et paravi mihi cibos de illo pisce.*»

«Le dije "Padre, ¿quién eres tú?" y respondió "¿No me conoces? ¿No ves que soy tu abad?" Respondí: "San Patricio fué mi abad" a lo que insistió: "Yo soy. Ayer abandoné este siglo. Este es el lugar de mi sepultura. Haz en otro lugar la que te han encomendado, y no digas a nadie que hablé contigo. Mañana irás a la playa, donde encontrarás una barca a la que subirás y que te conducirá al lugar donde esperarás el día de tu muerte." A la mañana siguiente hice lo que se me había ordenado y encontré la barca, tal y como se me dijo. Subí y a ella y navegué por tres días y tres noches, al término de los cuales me abandoné adonde quisiese llevarme el viento. Al séptimo día apareció esta isla, en la que enseguida desembarqué. Bajé de la barca y la golpeé con el pié, alejándola de la orilla. Entonces la barca, tomó rumbo veloz surcando las olas en la dirección de donde había venido. Yo me quedé aquí. Cerca de la hora nona apareció una foca que caminaba sobre sus patas posteriores. Traía un pez en la boca, y sujetándolos con las patas anteriores, unos sarmientos para hacer fuego. Dejó caer ante mí el pez y las ramas y volvió por donde había venido. Hice fuego golpeando el pedernal y preparé el pez.»

*«Ita per XXX annos semper tertia die idem minister easdem escas (id est) unum piscem attulit ad tres dies. Tertiam partem piscis manducavi omni die et nihil erat sitis gratia. Sed in die dominico egrediebatur foras pauxillum aquae de ista petra et habebam unde potuissem sumere potum et vasculum meum implere ad opus manuum. Post quoque XXX annos inveni istas duas speluncas et istum fontem. Ab ipso vivo et postea vixi per (LX) annos sine nutrimento alterius cibi nisi de hoc fonte. Nonagenarius enim sum in ista insula tringinta annos in victu piscium et sexaginta annos in pastu istius fontis. L annos fui in patria mea. Omnes anni vitae meae CXL sunt. Et hic debeo modo sicut fuit mihi promissum expectare diem iudicii in ista carne. Pergite igitur ad patriam vestram et vobiscum asportate vascula plena de isto fonte. Necesse enim erit vobis quia adhuc restat iter vestrum per XL dies (id est) usque in sabbatum Paschae. Celebrabitis vero Sabbatum Sanctum Paschae ubi celebrastis per sex annos et postea accepta benedictione procuratoris vestri proficiscemini ad terram repromissionis sanctorum et ibi manebitis XL dies et post haec Deus patrum vestrorum ducet vos sanos atque incolumes in terram nativitatis vestrae.»*

«Durante treinta años, cada tres días el mismo ministro traía la misma comida, un pez. Comía cada día la tercera parte y no sentía sed. Pero el domingo, de las rocas brotaba un poco de agua y podía llenar mi vaso y lavarme las manos. Después de treinta años encontré estas dos cuevas y esta fuente, y aquí llevo sesenta años, sin otro alimento que su agua. Así que llevo noventa años aquí: comí peces durante treinta y sólo agua en los últimos sesenta. Sumados a los cincuenta que viví en mi patria, hacen ciento cuarenta. Y aquí debo seguir, tal y como prometí, hasta el día del juicio. Volved a vuestra patria y llevad con vosotros el agua de esta fuente. La necesitaréis, ya que os quedan aún cuarenta días de viaje, hasta el sábado de Pascua. Celebraréis el sábado santo de Pascua en el lugar donde lo habéis celebrado en los últimos seis años y después con la bendición de vuestro procurador partiréis a la tierra de repromisión de los santos, donde estaréis otros cuarenta días, al término de los cuales Dios os conducirá sanos y salvos de vuelta a vuestra patria.»

# XXXV

*Igitur Sanctus Brendanus cum suis fratribus accepta viri Dei benedictione ceperunt navigare contra meridiem per totum XL (quadragesime) tempus et ferebatur huc atque illuc illorum navicula et erat illis tantum cibus aqua quam acceperunt ab insula viri Dei per triduum reficiendo sine ulla esurie et siti permanentes laeti omnes. Tunc sicut praedixerat vir Dei venerunt ad insulam procuratoris in Sabbato Sancto. Ut pervenerunt ad portum occurit illis obviam cum gaudio magno omnesque de navi levavit propriis brachiis. Peracto divino officio diei sancti apposuit coram eis cenam. Facto, iam vespere ascenderunt naviculam et idem vir cum illis. Cum autem navigassent invenerunt statim beluam in solito loco et ibi laudes Deo cantaverunt tota nocte et missas mane. Finita iam missa cepit Iasconius ire in viam suam et omnes fratres qui cum Sancto Brendano erant ceperunt clamare ad Dominum dicentes: «Exaudi nos Deus salutaris noster spes omnium finium terrae et in mari longe.»*

De esta forma San Brendanus y sus hermanos, con la bendición del eremita partieron hacia el sur y durante cuarenta días fueron llevados de aquí allá sobre el océano, sin más comida ni bebida que el agua que tomaron de la fuente, descansando cada tres días sin sentir hambre ni sed y estando todos alegres. Como les fuese predicho, llegaron a la isla del procurador en sábado santo. Al llegar a puerto les salió al encuentro con gran alegría y les ayudó a todos a bajar de la nave con sus propios brazos. Finalizado el oficio divino, les presentó la cena. Caía ya la tarde cuando subieron a la nave de nuevo, acompañados del procurador y navegando enseguida avistaron a la gran bestia en el lugar de costumbre y allí, sobre su espalda, cantaron alabanzas a Dios durante toda la noche y celebraron la misa por la mañana. Al terminar ésta, Jasconius comenzó a moverse y todos los hermanos que estaban con San Brendanus clamaban diciendo: «¡Escúchanos Señor, salvador nuestro y esperanza en los confines de la tierra y el ancho mar!»

# XXXVI

*Sanctus Brendanus confortabat suos fratres dicens: «Nolite formidare. Nihil enim vobis erit mali sed adiutorium imminet itineris.» Recto cursu belua pervenit usque ad litus insulae avium. Ibique demorati sunt usque ad octabas Pentecosten. Transacto iam tempore solemnitatum procurator qui cum illis erat dixit sancto Brendano: «Ascendite in naviculam et implete utres ex isto fonte. Ero namque socius itineris vestri ista vice atque ductor. Sine me non poteritis invenire terram Repromissionis sanctorum.» Ascendentibus autem navim omnes quae in illa insula erant quasi una voce dicebant: «Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.» Sanctus Brendanus et qui cum illo erant navigaverunt ad insulam procuratoris et ipse cum illis ibique sumpserunt dispendia XL dierum. Erat autem navigium illorum contra orientalem plagam XL dierum. Porro ipse procurator illorum antecedebat illos. Transactis vero diebus XL vespere imminente cepit eos caligo grandis ita ut vix alter alterum potuisset videre. Procurator autem ait Sancto Brendano: «Scitis quae est ista caligo?» Sanctus Brendanus ait: «Quae est?» Tunc ait ille «Ista caligo circuit illam insulam quam queritis per septem annos.»*

Confortaba San Brendanus a sus hermanos diciendo: «No temáis. Nada malo nos va a ocurrir, al contrario, nos ayuda en nuestro camino.» Moviéndose en la dirección correcta, la bestia los condujo hasta la orilla de la isla de las aves, adonde se quedaron hasta octavas de Pentecostés. Se cumplieron las solemnidades y entonces dijo a San Brendanus el procurador: «Subid a la nave y llenad los cueros con el agua de esta fuente. Esta vez seré vuestro acompañante y guía, pues sin mí no podréis llegar a la tierra de repromisión de los santos.» Subieron todos a la nave, diciendo al unísono: «Dios salvador nuestro nos deparará buen viaje». Navegaron hasta la isla del procurador y allí tomaron provisiones para cuarenta días, durante los que navegaron hacia oriente, guiados por el procurador. Entonces, a la caída de la tarde, los envolvió una niebla tan densa que apenas podían verse entre ellos. Dijo el procurador a San Brendanus: «¿Sabéis qué es esta niebla?» Respondió: «¿Qué es?» Y el procurador: «Esta niebla envuelve a la isla que habéis buscado durante siete años».

*Post spacium unius horae iterum circumfulsit eos lux ingens et navis stetit ad litus. Porro ascendentibus de navi viderunt terram speciosam ac plenam arboribus pomiferis sicut in tempore autumnali. Cum autem circuissent illam terram nulla affuit illis nox.*

Después de una hora se vieron envueltos en una luz intensa en el momento en que tocaban la arena. Bajaron de la nave y al recorrer la isla la vieron fértil y llena de árboles frutales, como en tiempo de otoño. Recorrieron la isla y no les envolvió la noche.

# XXXVII

*Accipiebant tantum de pomis et de fontibus bibebant. Et ita per XL dies perlustrabant terram et non poterant invenire (finem illius). Quadam vero die invenerunt flumen magnum vergentem per medium insulae. Tunc Sanctus Brendanus conversus fratribus suis ait: «Istud flumen non possumus transire et ignoramus magnitudinem illius terrae.» Cum haec intra se voluissent statim iuvenis occurit obviam illis osculans eos cum magna laetitia et singulos nominatim appellabat atque dicebat: «Beati qui habitant in domo t(ua) in s(aeculum) s(aeculi) l(audabunt)te.» Cum haec dixisset ait ad Sanctum Brendanum: «Ecce terra quam quesisti per multum tempus. Ideo statim non potuisti invenire quia Deus voluit tibi ostendere diversa sua secreta in oceano magno. Revertere itaque ad terram nativitatis tuae portans tecum de fructibus istius insulae et de gemmis quantum potest tua navicula capere. Appropinquant enim dies peregrinationis tuae ut dormias cum patribus tuis. Post multa vero curricula annorum declarabitur ista terra successoribus vestris quando Christianorum supervenerit persecutio. Istud flumen quod videtis dividit istam insulam.»*

Comían de los frutos de los árboles y bebían de las fuentes. Durante cuarenta días recorrieron la isla sin encontrar sus confines. Un día llegaron a un gran río que discurría por la isla. Entonces San Brendanus se dirigió a sus hermanos y les dijo: «No podemos traspasar este río, e ignoramos la extensión de las tierras al otro lado.» Asentían entre sí este extremo cuando llegó a ellos corriendo un joven, los besó con gran alegría nombrándolos a cada uno por su nombre y le decía a San Brendanus: «Esta es la tierra que buscásteis durante tanto tiempo, y que no lográsteis hasta ahora porque Dios quiso mostraos sus secretos en el gran océano. Volved a vuestra tierra llevando con vosotros tantos frutos y gemas como pueda cargar vuestra nave. Se acercan los días en que peregrinarás para dormir con tus mayores. Pasarán muchos años y esta tierra será proclamada para vuestros descendientes, cuando sobrevenga la persecución de los cristianos. Este río que véis divide a la isla.»

«*Sicut modo apparet vobis matura fructibus ita omni tempore permanet sine ulla umbra mortis. Lux enim illius Christus est.» Tunc vero acceptis de fructibus terrae et omnibus generibus gemmarum dimissoque benedicto procuratore et iuvene Sanctus Brendanus cum suis fratribus naviculam ascendit et cepit navigare per medium caliginis. Cum autem pertransissent venerunt ad insulam quae vocatur Deliciarum. Ibique trium dierum hospicium peregerunt atque accepta benedictione Sanctus Brendanus recto itinere ad locum suum reversus est.*

«Al igual que sólo aparecen a vuestros ojos frutas maduras así aquí el tiempo permanece inalterable, sin sombra de muerte. La luz es la luz de Cristo.» Tomaron los frutos y todo género de piedras preciosas, se despidieron bendiciendo al procurador y al joven y subieron a la nave, navegando de nuevo entre la niebla. Llegaron después a la isla de las Delicias, donde se alojaron durante tres días y, bendecidos de nuevo, San Brendanus dirigió la proa de regreso a su patria.

# XXXVIII

*Fratres autem illum gratulatissime susceperunt glorificantes Deum qui tam amabilis illos noluit (patris) aspectibus deprivari cuius absentia tam diu fuerant orbati. Tunc beatus vir praedictus caritati eorum congratulans narravit omnia quae accidissent et recordatus est in via et quanta ei Dominus dignatus est miraculorum ostendere portenta. Postremo etiam velocitatem obitus illius certa attestatione notavit secundum iuvenis praedictum et terram repromissionis sanctorum. Quod etiam rei probavit eventus quia cunctis post se bene dispositis parvo interiacente temporis intervallo sacramentis munitus divinis inter manus discipulorum gloriose migravit ad Dominum cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Lo recibieron con gran alegría los hermanos, glorificando a Dios que no había querido privarlos de la presencia del padre, de la que tanto tiempo fueron huérfanos. Entonces San Brendanus correspondiendo al recibimiento narró todo lo que había acontecido en el viaje y todos los milagros que Dios había querido mostrarle. Sintiendo cerca la muerte, dejó testimonio escrito del mensaje del joven y rodeado de los suyos, fortificado con el sacramento divino, después de breve tiempo migró desde las manos de sus discípulos al Señor, de quien son el honor y la gloria por los siglos de los siglos. Amén

# 1. Notas al texto latino

I

(1) *saltus-us*: región forestal, selva, bosque. También, medida agraria.
(2) *examen-inis*: (ex agmen) enjambre, muchedumbre.
(3) *refectio-onis*: reparación, alimento espiritual.
(4) *coadunatio-onis*: reunión, asamblea.
(5) *completorium-ii*: última hora del oficio divino.
(6) *vergo*: estar inclinado o vuelto hacia.
(7) *euge*: ¡bien!, ¡bravo!
(8) ?
(9) *confestim*: enseguida.
(10) *incoho o inchoo*: comenzar, emprender.
(11) *commemoro*: recordar, evocar.
(12) *plusminusve*: más o menos.
(13) *redoleo-ui*: oler, desprender olor.
(14) *mustum-i*: mosto.

II

(1) *gustus-us*: gusto, sabor.

III

(1) *praestolor*: esperar, aguardar.
(2) *propono-posui-positum*: poner a la vista, presentar.
(3) *ieiunium-ii*: ayuno, abstinencia.
(4) *praepositus-i*: jefe, oficial, encargado.

IV

(1) *lino-levi-litum*: untar, frotar, embardurnar.

(2) *butyrum-i*: manteca de leche. También se usa *adeps-ipis*, *pingue-idinis* o *arvina-ae*, esta última para referirse a la grasa de cerdo.

(3) *esticunum* ?

V

(1) *victus-us*: sustento, víveres.

VI

(1) *aditus-us*: acceso, lugar de desembarco.
(2) *sisto-steti-statum*: establecer, poner.
(3) *semita-ae*: atajo, callejuela; aquí senda.

(4) *stratum-i*: pavimento, empedrado.
(5) *appendix-icis*: apéndice, aditamento.
(6) *de linteum-i*: lienzo, mantel de lino.
(7) *confiteor*: confesar, declarar, manifestar.

## IX
(1) *crastinus-a-um*: el día de mañana.
(2) *distringo-strinxi-strictum*: estrechar, reducir la libertad, distraer

## XII
(1) *fretum-i*: estrecho, brazo de mar.
(2) *nemorosus-a-um*: frondoso, arbolado.
(3) *nimius-a-um*: excesivo, inmoderado.
(4) *tintinnabulum-i*: cascabel, campanilla.

## XIII
(1) *reciproco*: moverse adelante y atrás, repetir.
(2) *planctus-us*: golpear en señal de dolor, lamento, llanto.
(3) *psallo-psalli*: cantar salmos, salmodiar.
(4) *alimonium-ii*: alimento.

## XIX
(1) *urceolus-i*: cantarillo.
(2) *quatocius*: cuanto antes.
(3) *Quadragesimae*: Cuaresma.

## XX
(1) *deterius-a-um*: peor

## XXI
(1) *subtus*: abajo, hacia abajo.
(2) *constituo-ui-utum*: levantar, poner en pié, erigir.
(3) *condensus-a-um*: apretado, compacto.

## XXIII
(1) *sulco*: surcar, hender.
(2) *lacus-us*: estanque, cuba, cisterna.
(3) *ingero-gessi-gestum*: echar, arrojar.

XXV

(1) *irriguus-a-um*: que riega, que baña, que refresca.

XXVIII

(1) *conopium-ii*: velo que cubre el sagrario, cortina, pabellón de cama, mosquitera.

XXIX

(1) *auster-tri*: viento procedente del sur, punto cardinal.

XXXI

(1) *parumper*: aquí, por poco tiempo.
(2) *follis-is*: fuelle.
(3) *malleus-i*: mazo, martillo.
(4) *hispidus-a-um*: áspero, erizado, desigual, barbudo.
(5) *forcipem-ipis*: tenazas.

XXXII

(1) *pannus-i*: paño, trapo, tela.
(2) *camerarius-ii*: camarero, camarlengo.
(3) *dirae-arum*: imprecaciones, execraciones.
(4) *extollo-tuli*: levantar, aumentar

## 2. Notas a la traducción

I

(1) Mantenemos los nombres que constan en la edición del arzobispo F. P. Moran, cuya traducción data de 1893.

(2) En algunas traducciones, se habla de la isla que hay cerca de la montaña «de la piedra» o «de la roca». Creemos que es un error de traducción, al tomar la acepción habitual de «iuxta» en lugar de otra acepción válida que es «similar a» o «conforme a», en cuyo caso el autor estaría simplemente adjetivando a la isla, no indicando su posición relativa.

(3) mejor en singular.

(4) traducimos «ascendimus» por «bajamos», ya que habitualmente, al echar el ancla una embarcación decimos que los tripulantes «bajan» a tierra. En cualquier caso, tiene sentido decir que los tripulantes «suben» a la isla, que siempre está por encima del nivel del mar.

(5) Hemos preferido «prestancia» a «esplendor» porque entendemos que el autor no se refiere a un esplendor o resplandor físico.

II

(1) En otras versiones, este capítulo es un párrafo al final del primer capítulo. Seguimos aquí la división por capítulos de la versión que se encuentra en la «Bibliotheca Augustana»

V

(1) Ya habrá notado el lector el uso recurrente de «tres días» y «cuarenta días», que por supuesto no hay que entender literalmente. Así «tres días» son «pocos días» y «cuarente días» son «muchos días»

XII

(1) Este pasaje no está claro, ni en el original ni en la traducción con la que hemos contrastado la nuestra. Puede indicar que el documento cuya transcripción estamos tomando como base sea a su vez copia de otro anterior e incompleto.

(2) Lucifer.

XIII

(1) Salmos 64,1; en lugar de una traducción más conforme con el texto, he preferido la transcripción literal del mismo salmo, tomada de la Biblia, en concreto la edición 18 de editorial San Pablo.

(2) Vigilia nocturna

(3) Las Virtudes son una de las jerarquías que se establecen entre los seres angélicos.

## XVI

(1) Un «stadium» es la octava parte de una milla, por lo que hemos traducido «breve trecho»

## XVII

(1) Ofrecemos una traducción «razonable», aunque incompleta. La causa de la dificultad la encontramos en la frase «occurrerant obviam cum capsis...». Ignoramos el significado de esas cajas (capsa-ae), a las que sin embargo en la traducción inglesa se refieren simplemente como los hábitos de los monjes, lo cual no es coherente con la siguiente aparición de «capsis» en «...capsis veritati...» ¿Podrá algún lector resolvernos esta duda?

## XX

(1) *laxo* tiene aquí un sentido ambigüo, puesto que puede interpretarse igualmente como «soltar» o como «recoger». Por la situación (acaban de recoger remos) podría entenderse que tendieron la vela. Por la contraposición con la líneas siguientes (*ceperunt simul tendere vela*) entendemos que aflojaron la vela, y así es como lo hemos traducido.

## XXI

(1) ?

(2) Salmos 117,27

## XXIV

(1) Dalmacia era una región de la Iliria.

(2) Preferimos mantener este título, ya que la expresión no es extraña en español.

(3) Los títulos de estos salmos están traducidos de forma libre, ya que no hemos identificado los números correspondientes.

(4) El autor probablemente no ha resistido la tentación y ha forzado la similitud con la Última Cena, puesto que en este momento de la narración a San Brendanus lo acompañan 15 hermanos.

## XXVIII

(1) Hemos preferido no traducir la última frase (*tunc Sanctus Brendanus mensurabat foramen unum in quatuor per chonopeos quatuor cubitis in omnem partem*) ya que no alcanzamos a entender su sentido dentro del relato. La traducción inglesa consultada tampoco es satisfactoria.

XXXII

(1) No debe pasar inadvertido al lector el hecho de que las olas que azotan a Judas no provienen del mar circundante, que como se acaba de decir se encuentra en calma.